



7207.

1644

11311

23

CUM DEO!
COLLEGII INSTITUT.
PUBLICI
DISPUTATIO DECIMA OCTAVA
Ethico-Politico-Juridica

De
ACTIONIBUS ET
SATISDACTIONIBUS,

Ad Tit. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. Lib. IV. Instit.
EXHIBENS TEXTUS

Continuationem, Quæstiones,
Antinomias Axiomata, &
Digressiones,

Quam
SUB PRÆSIDIO

CHRISTIANI TAUBMANNI J. U. D.

Curia Elect. Scabinatus & Facult. Jurid. Assessoris,
Publica Disquisitioni subicit

FRIDERICUS WOLFF Argentoratensis,
Ad diem Mensis Mart. in Auditorio J. Ctorum
horis antemerid.

Dn. Boeckler. in Dissertat. de Polit. Lips. pag. 29.

Vir civiliter prudens & eruditus ad consilia artesq. suas vel animo meditandas, vel
sermone ornandas, vel actu nobilitandas amplissimo penu instructuq. indiget.

WITTEBERGÆ

Ex Officinâ Typographicâ MICHAELIS Wende /
ANNO M DC XLIV.



1107

COLLEGII INSTITUTI

PUBLICI
DISTRICTUS

Electo-Poloniae

ACTIONIBUS ET

SATISDACTIONIBUS

AD

Commissariis, Quibus

Admonitis Axiomatibus

Quibus

AD

CHRISTIANI TABURNIANI J. U. D.

Curatoris & Praefecti

FRIDERICUS

Ad hunc

Ad hunc

Ad hunc

Ad hunc

WITTEBERGA

In Officina Typographica MICHAELIS

ANNO M DC XLII



Ad

Præstantissimum.

Dn. Respondentem.

WOLFFI legitimas Themidos conscende cathedras,
Et quas ingenii multa sub laude probavit,
Argentina parens dotes, facundaq; lingue
Flumina, Leucoreis aude ostentare Camenis.

TAÜBMANNUS letum auspicium tibi præbet & omen,
Quale olim REBHANUS erat, doctissimus æqui
Hic simul & simul ille artes: nec densa theatri
Turba deest, tantis sed plaudit candida votis,
Prosequiturq; tuum gratanti voce triumphum.

Macte animi egregii, Juvenis! meditatio prima est,
Et campus pulvisq; hinc intrat adorea felix,
Et mansura pium solantur dona laborem.

Augustus Buchnerus.

D. A.
DISPUTATIO XVIII.
COLLEGII INSTIT. PUBL.

PRÆSIDE
CHRISTIANO TAUBMANNO, D. & P. P.
habebitur

FRIDERICO Wolffsen. Argentorat.

Ad diem ~~septembris~~. In Auditorio J. C. torum
hor. Antemerid.

TIT. VI.
DE ACTIONIBUS.

MEMBRUM I.
Continens Textus Continuationem.



T que hactenus de jure *tum* ratione
Personarum, *supr. l. 1. t. 3. tum* ratione Rerum:
lib. 2. tit. 1. Sequitur nunc ejus juris legitime obti-
nendi ratio; quod fit per ACTIONEM, quæ est jus
persequendi in judicio, quod sibi debetur. *princ.* Et est
I. alia in Rem; alia ad rem, sive Personam. §. 1. A-
CTIO IN REM est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur,
petimus; & semper adversus eum est, qui possidet. *l. 25. de O & A.*
Et iterum vel proprie in rem est, vel esse videtur; ut Præjudiciales, §. 13.
Quæ in rem proprie Civiles sunt, vel Prætoria. CIVILIS, ex LL.
SCtis, & Constitutionibus descendens, est vel rei Corporalis, quæ REI
VINDICATIO in specie §. 1. *in fin.* quâ petit actor se declarari rei con-
troversæ Dominum, eamque officio Judicis sibi à possessore restitui.
Vel Incorporalis pro servitute competens, & actio Confessoria & Ne-
gatoria dicitur: CONFESSORIA est, quâ servitutem à re alterius no-
bis, vel prædio nostro deberi intendimus: §. 2. NEGATORIA, quâ
servitutem adversario, vel ejus prædio, rem nostram debere ne-
gamus

princ.
Div. I.
§. 1.

§. 2.

gamus. *ib. vers. contra.* PRÆTORIÆ quoque *in rem* sunt, vel *in personam*. §. 8. IN REM, Prætor ex causis non-civilibus, sed naturalibus ex æquitate introduxit. §. 3. Quarum I. est PUBLICIANA, quâ is, qui rem à non domino bonâ fide accepit, necdum tamen usucepit, eandem amissam, à quocunque possessore, præter verum dominum, sibi restitui petit. §. 4. II. RESCISSORIA, quâ rem nostram ab eo, qui abfuerat, usucaptam, intra annum, quo absens redierit, rescissâ usucapione, quasi nondum usucaptam, vindicamus. §. 5. III. PAULIANA, quâ Creditores revocant, quod per debitores in fraudem alienatum aut remissum est. §. 6. IV. SERVIANA, quâ locator res coloni pro pensione expresse obligatas persequitur, adversus quemcunque possessorem. §. 7. Et V. denique QUASI SERVIANA seu hypothecaria, quâ quilibet creditor pignus suum vel hypothecam persequitur, adversus quemvis possessorem, ut is rem oppignoratam vel restituat, vel si retinere malit, pecuniam creditori offerat. *ib. l. 12. §. fin. ff. quib. m. pign. solv.* PRÆTORIÆ IN PERSONAM sunt vel Rei persecutoriæ, vel Pœnales §. 12. REI PERSECUTORIÆ ex contractu vel quasi, & negotio aliquo culpâ vacuo sunt §. 8. I. ACTIO DE CONSTITUTA PECUNIA, quâ creditor agit adversus eum, qui debitum antiquum pro se vel pro alio se soluturum, nudo pacto sine stipulatione, promisit. §. 9. II. DE PECULIO, quâ ille, qui cum filiofam. vel servo in republiculari contraxit, adversus patrem dominumve agit, quatenus est in peculio. §. 10. 36. & §. 4. tit. seqq. Et III. JURATORIA seu actio in factum & utilis ex jurejurando; quâ quis ex jurejurando, legitime præstito, id, quod sibi debetur, adjudicari petit. §. 11. PŒNALES PRÆTORIÆ sive pœnæ persecutoriæ ex aliquo delicto natae sunt: I. ACTIO DE ALBO CORRUPTO, quæ constituta est adversus eum, qui album Prætoris dolo malo corrumpit, ut pœnam 50 aureorum luat. §. 12. II. DE IN JUS VOCANDO; quâ in 50 aureos tenetur is, qui parentem vel patronum sine veniâ in jus vocavit. *ibid.* Et III. DE IN JUS VOCATO VI EXEMPTO, contra eum, qui in jus vocatum per se, vel per alium violenter exemit, ad hoc, ut litis æstimationem præstet. *ibid.* IN REM esse VIDENTUR, quæ PRÆJUDICIALES, *supr. §. 1.* vocantur: Quarum I. est *de Libertatis statu*, quâ quæritur: an aliquis liber vel servus sit? II. *De jure patronatus*: an quis scil. libertus an ingenuus sit?

sit: Et III. *de partu agnoscendo*; Utrum aliquis sit filius, nec ne? §. 13. ACTIO ad rem sive IN PERSONAM civilis est, *supr. pr.* quâ quis agit cum eo, qui ei obligatus est, ad dandum aut faciendum aliquid, *vel ex contractu, vel ex maleficio, vel quasi ex contractu & maleficio* §. 1. Rem autem non potest quis actione in personam hoc modo, *Si appareat eum dare oportere; petere & contra: Excepto fure;* qui pluribus actionibus conveniri potest. §. 14. Et actiones quidem in rem *Vindicationes, item petitiones;* In personam v. *Conditiones* vocantur. §. 15. II. ACTIONES sunt *vel Rei persecutoria; Vel Poenales; vel Mixta.* §. 16. REI PERSECUTORIAE sunt, quibus persequimur id, quod ex patrimonio nostro abest: *cujusmodi sunt omnes in rem actiones, & ex personalibus illæ, quæ ex contractu nascuntur, veluti ex mutuo, stipulatu, commodato, &c.* §. 17. Excepta *depositi* actione, quæ in quibusdam casibus propter inficiationem mixta est. *ib. vers. planè.* POENALES sunt, quibus poenam maleficiis à legibus constitutam persequimur; *uti furti actio manifesti & nec manifesti.* §. 18. MIXTÆ sunt, quæ unâ cum re *vel poenam, vel personam* persequuntur. *ib. Quæ rem cum poena; Est 1. Actio vi bonorum raptorum.* §. 19. *supr. tit. 2. II. Legis Aquilæ.* §. 9. *supr. tit. 2. Et III. Legati pii.* *ib. & infr. §. 26.* Quæ rem cum persona persequuntur sunt I. Actio Familia herciscundæ, 2. Communi dividundo, 3. Finium Regundorum. §. 20. Et 4. Hereditatis petitio. *l. 7. C. de petit. hered.* III. ACTIONES sunt *vel in simplum, quâ rem tantum persequimur, conceptæ.* §. 21. *& 22. Vel in duplum, ut poenales pleræque omnes.* §. 23. *& supr. §. 17. 19. & 26. Vel in Triplum, ut condictio ex lege ob majores sportulas &c.* §. 24. Vel denique in *Quadruplum;* ut furti manifesti, quod merus causa, calumnia, & condictio ex lege adversus executores. §. 25. Inter quas tamen actiones *differentiæ* quædam recensentur in §. 26. *& 27. Scilicet, ut evitetur periculum plus petitionis.* §. 33. IV. ACTIONES quædam sunt Bonæ fidei, quædam *Stricti juris; quædam Arbitrariæ.* §. 28. 29. BONÆ FIDEI sunt, in quibus libera potestas permittitur judici ex bono & æquo æstimandi, quid alterum alteri præstare oporteat. §. 30. Et *Septendecim* hîc afferuntur, cum non sint plures. *Harpr. p. 469. n. 68.* STRICTI JURIS sunt, in quibus Judex præcisè adstrictus est

§. 13.

§. 14.

II. Div.

§. 15.

§. 16.

§. 17.

§. 18.

§. 19.

§. 26.

§. 20.

III. Div.

§. 21. 22.

§. 23.

§. 24.

§. 25.

§. 26. 27.

IV. Div.

§. 28. 29.

§. 30.

est, prouuntiare de actione in iudicium deductâ, secundum naturam
 & actionem à LL. vel jure datam arg. §. 30. In quibus omnibus
 præterquam Depositi, iudiciis, *Compensatio liquida*, ipso jure actio-
 nem imminuit. *ibid.* & §. *fin.* ARBITRARIÆ sunt, quæ ex iudicis
 arbitrio pendent; in quibus, nisi arbitrio seu interlocutione reus
 actori satisfaciatur, condemnari; Satisfaciens vero, absolvi debet.
 §. 31. Et sunt tam *in rem*, quam *in personam* *ibid.* Curare autem in
 omnibus hisce actionibus iudex debet, ut *certam* ferat *sententiam*,
 etiamsi summa incerta petita sit. §. 32. Adeoque Actoris est, cer-
 tam in libello petitionem complecti, ne incidat in *periculum plus pe-*
tionis, & jure veteri causa cadat. *ibid.* Plus autem petitur *quatuor*
modis: 1. Re, siue quantitate. 2. Tempore. 3. Loco. Et 4. Causa.
 Sin autem minus. §. 34. *aut aliud pro alio* intederit actor, nihil pericli-
 tatur. §. 35. V. Denique Actionum divisio est, quod quædam den-
 tur IN SOLIDUM, ubi integrum debitum petitur, idque regulariter:
 Quædam NON IN SOLIDUM, sed quantum patiuntur facultates, ne
 reus egeat; ut in actione de peculio. §. 36., De Dote aduersus mari-
 tum. §. 37. In parentem, Patronumve. §. 38. Pro socio; In Dona-
 torem, *ibid.* Ob compensationem. §. 39. Et denique Cessionem
 bonorum. §. 40.

MEMBRUM II.
 Continens Quæstiones.

I. Num nomen actionis in libello sit necessariò exprimendum?
 Neg. cum Ulgeb! Ex. 15. q. 6. & D. Grossio in Coll. Institut. dec. 10. q. 6.

II. An hodie amica admonitio præcedere de necessitate juris de-
 beat, antequam actio institui possit? Neg. cum Gerbard. d. 18. q. 4.
 Vid. D. Carpz. f. f. p. 1. const. 1. def. 10. n. 8.

III. Libri studiosorum in habitationem conductam illati, ec-
 quid pro pensione locationis tacitè sint obligati; ita ut utiliter Ser-
 uiana experiri liceat? Neg. cum Harpr. ad §. 7. n. 18. p. 411. Gerbard.
 dec. 13. q. 4. Quia, *Haurit aquam cribro, qui discere vult sine libro.* No-
 stris tamen temporibus, ut in alias res, ita & libros studiosorum seruire
 videmus. Cujus rei rationem tradit Coler. de process. exec. p. 2. c. 3.
 n. 148.

n. 148. quod hodie studiosi plerunque commestationibus magis & nocturnis grassationibus, quam studiis invigilando, suis se privilegiis indignos reddant. *c. privil. 11. q. 3. l. un. §. fin. a. C. de stud. lib. urb. Rom. lib. 11.* Sed *parcite paucorum diffundere crimen in omnes.*

IV. An omnes bonæ fidei actiones in §. 28. sint enumeratæ? Aff. cum Gerhard. dec. 18. q. 7. Harpr. ib. n. 71. p. 470. & Dn. D. Gregorio Biccio in Rebus quotid. sive Aureis Juris Civ. MSS. sect. 5. th. 11. *Quæ ut bono litterarum publici tandem faciat juris, per amicitia Argentorati inter nos contracta vinculum, per Germanam Jurisprudentiam, & per quicquid denique singulis carum est & æstimatum, obtestor atque obsecro.*

§. 28.

§. 29.

§. 30.

V. An mulier dotem repetens hypothecariis anterioribus præferenda? A. de jure civ. cum Arum. d. 14. ad ff. th. 9. Secus de Sax. Carpz. I. F. p. 1. const. 28. def. 64. & 65.

VI. Nunquid debitor, qui juravit se soluturum, objicere compensationem possit? Aff. cum Harpr. ib. n. 19. p. 488. & Fachin. 1. controvers. 7. Berens. d. 16. th. 1. q. 6.

VII. Minor 25 annis Jurisperitus, si errore juris plus debito petierit, utrum in integrum restitui possit? Neg. cum Harpr. ib. n. 6. p. 503. Treutl. v. 1. d. 9. th. 5. & ib. Hunn. q. 26.

§. 33.

VIII. An Judex, qui scit minus petendum esse, etiam non imploratus, in reliquum condemnare actori reum possit? N. cum Harpr. ib. n. 2. p. 510. Arum. Ex. 6. parerg. & Ex. 20. th. 3.

§. 34.

IX. An Advocati, Doctores & Clerici participes sint privilegi, ne, ultra quam facere possunt, condemnentur? Neg. cum Harpr. ib. n. 12. pag. 522. Hanon. d. 21. q. 4. c. Treutl. v. 2. d. 24. th. 4. & ibi Hunn. q. 28.

§. 38.

MEMBRUM III. Continens Antinomias.

I. Non jocularis est velitatio, aut imbellis sine sanguine & vulnere bellum, sed vera serisque pugna inter Juris Antesignanos: An DEBENDI verbum in desin. omnem omnino actionem complectatur? Sed ab omni Imperfectionis occupatione illam tuentur. Harpr. hic. p. 371. n. 43. Hanon. disp. 19. th. 1. b. Arum. Ex. 18. th. 1. & Dn. D. Job-

A 3

Otto

Otto Tabor in Elem. Jurispr. Meth. part. 4. sect. 2. th. 9. Cujus ut & Dn. D. Johannis Rebhan, Profess. in Acad. Ibid. Public. nomen ob fiduciam amoris Argentorati olim contractam, & mihi, & Respondenti, tanquam grato discipulo, semper sacrum & venerabile.

S. 1. II. Imperator in §. 1. hinc. Actiones in duo saltem dispescit genera, in rem & in personam; cum tamen quædam mixtam causam obtinere videntur per §. 20. & 31. h. t. Sed ne periculosa hæc Syrtis ratem absorbeat, fundabunt navem tuam, & transferent per rapacem hanc charybdin Matth. hinc. Martin. in contr. d. 4. th. 4.

S. 2. III. Placido mari jam subiisses portum; nisi iterum in Scyllam propter §. 2. hinc. & l. 8. §. 5. ff. si servit. vind. nec non l. 8. C. de servitut. & aqua, & l. 9. ff. de servit. præd. urb. devehereris, ubi funes strident. arbor curvatur, gubernacula gemunt. Nam in §. 2. Jus altius ædes tollendi refertur inter servitutes; cum tamen naturali libertatis jure liceat unicuique ædificare, tollereque etiam in infinitum. Et hoc contrarium ex sententia Corasii ad l. 1. n. 9. ff. de servitut. tantas Doctorum mentibus offecit tenebras, ut necdum splendentes Solem cernere potuerint in tam alto Olympo; adeo ut Vult. 5. Discept. hunc nodum esse inextricabilem; & Donell. magnam difficultatem omnibus attulisse scripserint, sed clarâ face illustrarunt Matth. hinc. Harpr. p. 388. n. 12. Arum. Ex. 5. q. 8.

Ibid. IV. Torquet unus casus, cujus meminit Imperator in §. 2. verbis fin. hinc, omnes Juris interpretes, sed non unam omnibus sententiam extorquet. Ne tamen arcus, dum nimis severè ita distenditur, rumpatur, laxis funibus illius rigiditatem temperant Harpr. hinc. p. 389. n. 18. Matth. ibid. Martin. contrar. th. 7. & Hunn. resol. ad Treutl. v. 1. d. 17. q. 34. Don. En. Hillig. lib. 11. c. 5. b.

S. 30. V. Sileat quoque censorius ille Ant. Matthæi & Revard. 1. var. 11. Stilus hinc; Tribonianum oscitantia arguens, propter l. ult. C. de Commodato; quâ Compensatio quoque in Commodato conceditur, cum tamen solum Depositum hinc excipiat. Sed fulti autoritate Förff. d. 16. th. 15. Arum. Ex. 12. th. 13. Hillig. Don. En. l. 16. c. 15. i. Frantsk. Ex. 9. q. 7. Non est, quod dictatorium istum mucronem extimescamus.

MEM.

MEMBRUM IV.
Continens Axiomata & Digressiones.

I. Jus in iudicio persequendum. *princ.* Ideo namque *reperta sacra legum reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu;* Cùm non singulis permittendū, quod per magistratum publicè fieri debet. *l. 176. de R. I.* Et idcirco iudiciorum vigor, jurisq; publici tutela in medio constituta est, ne quilibet privatus sibi ipsi permittere valeat ultionem. *l. 14. C. de Jud. & cœlic.* Unde Fridericus Imp. convenienter concludit: *Judicis officio sua cuncti jura sequantur: Contineantq; manum: vagina redditus ensis Torpeat: & scabie rubeat, non sanguine ferrum.* *Rittersh. & Harpr. hic. p. 370.*

princ.

Cassiod. 4.

Var. ep. 19.

Güntber.

lib. 8. v. 664.

II. Æquitas stricto juri præferenda. *arg. s. 4.* Et in omnibus maximè consideranda. *l. 91. & 144. de R. I.* Omnium enim rerum & personarum, quæ privatam degunt vitam, in publicis functionibus æqua debet esse inspectio. *l. 6. C. de vectigal. & comm.* Unde Præses provinciæ providere debet munera æqualiter secundum ætates, dignitates, aut gradus injungi, ne sine discrimine & frequenter iisdem oppressis, simul viris & viribus Respub. destituatur. *l. 3. §. 15. ff. de muner. & honor.* Et ex æquitate, quæ justè animum judicantis movere potest, judicandum. *cap. pastoralis in fin. de ca. prop. & poss.* Nam secundum divinam Salomonis sententiam recitaram in *can. plerunque 3. q. 7.* Noli esse nimis justus, quia talis perit in justitia sua. Et summum, id est, strictum jus, summa injuria. *Præaus Reg. I. p. 4. & c.* Dann Heftigkeit vnd schärffstes Recht / wird manchmal das größeste Unrecht. Vnd gleich wie in des Menschen Leibe auff einmahl nicht alle Kranckheiten rege zu machen / viel weniger zu heilen vnd zu curiren seyn. Also geht es in den Regimenten auch zu / da man vielen Sachen mit Vernunfft vnd Bescheidenheit / noch viel mehr aber mit Verzug vnd Billigkeit führen / rathen vnd helfen kan. Ex. David. Verbeisset gar viel / in dem das er Joab / vnd Simet nicht balde strafft / derowegen muß man bißweilen sehen vnd nicht sehen / vnd einem einen kleinen Fehl schencken vnd zu gut halten. *Cram. ad illa Eccles.* Reche nicht zu genau alle Wisse that. So mag auch zuzeiten talis Reipub. status einfallen / da man alles

Lev. 25. 43.

Eccles. 7. 10.

1. Reg. 2. 9.

10. v. 6.

Alles Straffwürdige nicht so fan vindiciren, das nicht ex vindicta majus Reipub. malum (*per commotionem videlicet ejusdem*) quam ex tolerantia, entstünde. Unde *Q. Fabius Maximus* apud *Livium* filio suo Consuli inculcavit: *Aliter in medio ardore belli, aliter in pace tranquillâ arbitrandum & agendum: In pace enim liberè, prout aequitas & Justitia dicitur, consulendum & legibus insistendum; In bello autem & turbulentis temporibus ordinariis hisce remediis irritari sepè magis & accendi bella & seditiones, quàm sedari.* *Ayala l. 2. de bello c. 5. in princ.* Et juxta communem Politicorum sententiam, si ea tempora sint, ut coercitio plus damni in Rempub. ferat, ut verba *Taciti* habent, melius est connivere, quàm intempestivis remediis delicta accendere, secundum illud Gallorum: *On ne prend pas le lievre au son de tambour, ni le poissons à coups de marteau: Lepus non ad tympani strepitum, nec pisces ictibus malleoli capiuntur.* Turpe enim est, si quæ Respub. ut acceptam vindicet injuriam, ipsa in majorem, quam aliis paret, calamitatem incidat, aut se det precipitem. *Vid. Autor de jur. princ. lb. 48. & Ax. 18. infr. b. t.*

Tucid. lib. 4. hist.

S. 8. Plin. paneg.

Cic. pro L. Murana.

S. 9.

Clapm. de arc. Rerump. l. 6. c. 1.

III. Supervacua sub Imperatoriâ auctoritate à legibus rejicienda. *S. 8.* Cum leges condere sit soli Imperatori concessum. *l. fin. C. de ll.* Sed supervacua studiose minuenda: Ne legibus fundata civitas, legibus evertatur. Etenim usu constat, licet permulta præclarè legibus sint constituta, ea tamen *Jureconsultorum* ingenii sepè corrumpi & depravari. *Chock. thesaur. polit. lib. 2. c. 4.*

IV. Fides maximè servanda. *arg. S. 9.* Quamvis dictorium illud Germanorum hodie nimis passivum: Viel zusagen ist Abeltisch/ halten aber ist Bäurisch. So solten doch grosse Herren sich fürnehmlich der Wahrheit bestreissen/ Nam Principium verba debent esse sacramenta; secundum illud *Imp. Conradi III.* *Eines Keyfers Wort wil sich nicht gebühren zu trehen oder zudeuteln.* Et *si la foy estoit perdue au monde, inquit Gallus, on la trouveroit au cœur des Princes.* In Principis corde mundo exulans fides invenienda. In quo si saltem fidei umbra, omnes promissiones sunt veluti nuces casse, & ut *Horatius* ait, *inopes rerum, nugæq; canora.* Ad actiones itaque respiciendum: Quarum forma ex similitudine ingenii agentis imbuitur; actionumq; consilia pariter & eventa juxta conditionem ingenii stant

stant caduntq; : Imo quicquid in actione cognoscitur, ad simulacra potius actionis pertinet, nisi ex agentis animo tanquam è fonte penitiorum rerum naturam derivaveris. *Rerum enim mortalium natura ex operationibus cognoscitur*; secundum illud Hispan: *Si bien me quieres Juan, tus obras me lo diran.* D. Cramer 1. Maccab. 15. v. 5. & 2. Maccab. 14. v. 28. Dan. 5. v. 29. & c. 6. v. 5. & c. 4. Syrach. v. 34. Præteus R. I. p. 13. Zing. Apoth. Germ. p. 30. Ens. Epulo Philol. pag. 118. Ax. 5. b. t. Dn. Böckler in Diss. de pol. Lips. p. 16.

V. Jurisjurandi religioni standum. §. 11. Quia fidem servare maximè congruit. §. 9. hinc. Etiam si necessitate & temporis injuriâ coactus quis promiserit. Sanè memoriæ veteres nos docent, in extremis casibus icta fœdera, postquam partes verbis jurare conceptis, repetitione bellorum illicò dissoluta. De Græcis urbibus Thucidides inquit: Si quando juramento se invicem, præsentis constricti necessitate, adegissent, tam diu id ratum fuisse, dum nullum aliunde subsidium sperare possent: quod si alteri fortunæ aliqua spes affulsisset, protinus alios per fidem deceptos magis, quàm ex aperto aggredi, jucundius fuisse: hisque malis artibus superiorem industriæ famam consecutum. Franciscum Gallie Regem, novimus non aliam habuisse repetendi bellum contra Carolum V. causam, quàm quod ad conditiones, quas captivus iniisset, servandas minimè se teneri diceret. Et ipse Carolus, cum ab illo promissorū fides reposceretur, obsecundasse temporis respondit. Manuel Comnenus Imp. hortanti, ut cum Turcis inita pacta servet, parum se ea curare, quæ necessitate promissâ essent, respondit. Denique Margaretha Parmensis vi adactam Belgis se quædam concessisse, excusavit. Quæ cum ita fieri soleant, non tamen ita fieri debere, pronuntiare ausim: & Jurisgentium esse, etiam servare, quæ vi bellica coactus promiseris. Nam quod id Machiavellus negat, ego videre nequeo, quibus ejus sententia argumentis evincere queat. Quod enim ille ita consuetudine inter Principes observari tradit, ut, quæ necessitate coacti pepigerunt, non sint rata; eam ego consuetudinem ratione carentem & pravam esse arbitror, quæ perjurii & fallacis viam aperiat. Nam Fraus cum omnibus fœda, tum verò iis, qui majori dignitate præditi sunt; immò fœdior, quàm aperta violentia: quia vis jure potentia, quam fortuna

B

dedit,

Sparcke in vi
nat. p. 20.

§. 11.
Amm. Mar-
cell. 25. hist.
lib. 3

P. Justinian.
12. hist. Ven.

Thuan. 11.
hist.
Nicet. Chon.
6. Ann.
Thuan. 1. 38.
13. disp. c. 24.

Tbucid. l. 4. dedit, infertur: fraus vero ab insidiis injusti propositi grassatur. Apagite ig. ô vos boni, apagite, inquam, istos fallaces fidei funambulos. Neu rumpite federa pacis Nec regnis postferte fidem. Nam Perjurium & divinam ultionem & humanam infamiam incurrit. Et Cæsaria la communication de las gentes, inquit Hispanus, si cesasse verdad entrellas: Fide abrogata, omnis humana societas tollitur. Forstn. hypomn. pol. p. 17. Chock. thes. pol. l. 2. c. 12. &c. Vid. supr. disp. 16. tit. 26. Ax. 2.

*arg. §. 12. VI. Reverentia & honor naturaliter parentibus & patronis debetur. arg. §. 12. Nam Parentes negligere neque Deus, Plato. ii. de neg. homo sana mētis compos cuiquam unquam erit autor. Et Parentibus LL. 6. Eth. exhibendam *ἡμεῖς καὶ πατέρες θεοῖς*; censet Arist. Cū teste Tullio: *Pa-* cap. 11. *rens non multo secus liberis sit, quam Deus. Et Parentes suos non amare* Sen. 3. de *impietas est, non agnoscere insania. Immo; A se migrat, & ab homine* benef. 1. *totus transit in bestiam, paternæ pietatis immemor, gratiæ genitoris obli-* l. 3. Ep. 24. *tus. Signateque Theodoricus Rex: Pessimè contra Parentes erigitis* D. Ambros. *brachium, pro quibus constar gloriose moriendum. Probe! Etenim:* Luc. cap. 18. *Illi debes, quod habes; cui debes, quodes: Ergo & Præceptoribus, quip-* Justin. de *pe à quibus habes bene esse. Quod an præsent, dubito, qui sub spe-* rat. & meth. *cioso Libertatis scilicet Academicæ nomine, Indignos & pessimos,* juris doc. §. 9. *imò magis serviles, & quorum effectus injuria est, ludos exercent, & a-* *lia crimina vel in ipsos Professores, vel in socios suos, contra salutem &* *incolumitatem totius Reipub. & Magistratus Rescripta, maximè in* *eos qui recens in Academicorum numerum adscripti, perpetrant:* *Cum; Melius esset coarctare juveniles calores, ne cupidini dediti tri-* l. fin. C. de *stem sentirent exitum. Gravissimè enim mandat Deus, ut Parentibus,* bon. q. libb. *ut Præceptoribus, tanquam melioris & à servitute ignorantia liberata* *partis Patronis, debitam præstemus reverentiam, & ut**

arg. §. 13. VII. Unicuique Magistratus autoritas sit sacrosancta. arg. §. 13. Dann die Obrigkeit siset an Gottes Stadt/ heist vnd süh- 2. Chron. 196. *ret Gottes Gericht. D. Cramer ad illa Eccles. verba c. 4. v. 7. halte* Deut. 17. 12. *den Richter in ehren. Unde Lege Mosaicâ pœna capitis constituta* *fuit in eos, qui Magistratus Imperium superbè rejiciebant. Legibus* *etiam humanis non minus severè in Contumaces vindicari solet.* *Sed longè omnium severissima est lex illa divina ab Apostolo pro-* mul-

mulgata: Quisquis resistit Potestati, Dei ordinationi resistit: qui au- Rom. 13. 1.
tem resistunt, ipsi sibi condemnationem adferent. Nam legitimum Ma-
gistratus imperium qui detrectant, ut ut fortè hominum manus ef-
fugiant, Dei tamen non effugient; Cujus providentiam nihil latet,
potentiæ nihil resistit, & à quo nullum scelus impunè relinquitur.
Scitè Augustinus: Nam cum de his terrenis Potestatibus Apostoli do-
ctrina commemorat, sensibus nostris celestis judicii partes insinuat. Nam
cum docet seculi serviendum legibus, admonet necessario hominem futu-
ris cavere temporibus: Si vis, inquit, non timere Potestatem, quod bo-
num est, fac: hoc est dicere: si vis futurum non timere judicium, decli-
na à malo & fac bonum. Ergo hanc primam constitutionis formam, que
seculi legibus caret, cavere debemus & vincere, ut possimus à nobis illud
prejudicium perpetua mortis excludere, quia quos ista temporalis non
adfligit pœna, hos illa in eternum insatiabili tormentorum persequitur
dolore. Quapropter (ut monet & mandat Apostolus) necesse est sub. Rom. 13. 5.
jici, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. 1. Pet. 2. 15.
Quoniam, inquit Petrus, ita est voluntas Dei, ut benè agendo, os
obstruatis amentium hominum ignorantia: ut Liberi ac non veluti
malitia velamen habentes libertatem, sed ut servi Dei. Itaque: Ma-
gistratus ne exsecrator, & Principi in populo tuo ne maledicito. Ne qui- Eccles. 10. 17.
dem in conscientia tua: Sed. Reverere Jehovam, fili mi, & Regem, & Proverb. 24.
cum variis ne commisceto te. Nam repente consurget calamitas eorum. 21.
Hæc cum ita se habeant, nemini dubium est, graviter peccare, qui
Principi vel cogitatione, vel dicto, vel facto adversantur; gravius
sanè, quàm si quid tale molirentur in parentem proprium: Quia
si quis suum tollit, manet tamen status Familiæ: at Principis ruina,
omnium penates aut evertit, aut perturbat. Qui ovem jugulat, gre-
gem quidem imminuit; porro qui Pastorem ipsum de medio tulerit, in-
quit D. Chrysostomus, totum simul gregem dissipabit. Quapropter Hom. 1. ad
bracteatum est Senecæ dictum: Principes Regesq; & quocunque alio Tim. 1.
nomine sunt Tutores status publici, non est mirum amari ultra privatas 1. de Clem. 4.
etiam necessitudines. Nam si sanis hominibus publica privatis potiora
sunt, sequitur ut is quoque carior sit, in quem se Respublica convertit. No-
verat istud Lysimachus, quem affirmat, leoni jam objectum ab Ale-
xandro M. lib. 15. abbreviator Trogi; Magno animo, Regis, velut
paren-

parentis, contumeliam tulisse. Religiosè! Cui favet illud, quod extat Nicolai libello de moribus Persarum: Regi gratias agit, ab eo flagellari jussus, tanquam feliciter secum actum sit, quod Rex ejus meminere. In quibus certè tralucet indoles tum pia, tum ultioni minimè addicta, qualem ævi nostri hominibus optemus potius quàm speremus. Nam ut hodie quidem, & præcipuè ex turbulentâ & sanguinariâ Jesuitarum doctrina, vivitur; nihil minus inviolabile quàm Principes; imò ferè ubique *Districtus ensis iis super aureâ Cervice pendet*. Pessimè tamen! quippe; *Omnia anima Potestatibus supereminentibus subdita sit: Etiam si Apostolus sit, etiam si Evangelista; etiam si Propheta, etiam si quisquis tandem fueris &c.* In summam, nobis nihil putemus relictum, quàm & perpetuò & ubique auscultare dicto *Ambrosii*, tanquam si oraculo imperatum esset: *Dolere potero, potero flere, potero gemere, adversus arma, milites Gothos quoque, lachrymæ meæ arma sunt. Talia enim munimenta sunt Christiani. Aliter nec debeo, nec possum resistere. Et; Bonos Magistratus voto expetere, qualescunque tolerare; Neque usui crebras, mutationes.* Vid. *Grut. disc. in Tac. p. 19. Irvinus de jure regn. p. 215. Autor de jure princ. th. 64. Parth. litig. lib. 2. c. 3. n. 1.*

Chrysof.
hom. 23. ad
Rom. 13.

l. 5. in orat.
ad Auxent.

Tac. 4. hist.
§. 13. Annal.

§. 14.
§. 20.

l. 12. Æneid.

Plut. in
Apoph.
Florus 2. c. 17.

Olymp. od. 13.

VIII. Quod meum est, amplius meum fieri nequit. §. 14.
IX. Agris certus ponendus terminus. §. 20. Quia Reipub. interest, certos distinctosq; evidentissimis notis esse agrorum fines. Terminorum quippe probè distinctorum ratio, magnam civilium dissensionum occasionem amputat: adeò, ut non immeritò de *Termino*, quem primus sacrasse dicitur Numa Pompilius, cecinerit *Naso* in *Fastis*: *Omnia erit sine te litigiosus ager.* Et *Virg.* *Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.* Ideoque & olim veteres quidam populi, defossis carbonibus, agrorum fines distinguebant: eò quod res nulla durabilior, magisque perpetua censeatur, quàm carbones sub terra defossi. *Harpr. hic. p. 448. n. 10.* Sed durabilius est majorisque opera, Imperium partum benè constituere, & certum terminum ponere, quàm parare. Et, *Plus est provinciam retinere, quàm facere.* Velut in rebus omnibus, sic in Imperiis, suus est terminus: quem si excedis; ruet aut manibus alienis, aut tuis, aut etiam nullis. Planè juxta *Pindarum*: *Consentaneus est in quaque re modus.*

modus. Quem intelligere opportunitas optima est. Pieque Albutius *Suas. 1.*
apud Senecam: Aliquis etiam magnitudini modus est: Non procedit
ultra spatia sua caelum. Maria intra terminos suos agitantur. Quicquid
ad summum venit, incremento non relinquit locum. Et pensiculate Da-
rii Legati Alexandro: Respice quantum post te reliqueris, intueri
quantum petas. Periculosum est prae grave imperium, difficile est conti-
nere quod capere non possis. Vides ne ut navigia, qua modum excedunt, re- *Curt. 1. 4.*
gi nequeant. Facilius est quadam vincere, quam tueri. Cum nihil tam
magnum, quod perire non possit: cui nascitur in perniciem, ut alia quie-
scant, ex ipsa magnitudine sua causa. Pie ig. ac prudenter Xerxi Ar- *Sen. 6. de*
tabanus: Vides ut praegrandia animalia fulmine Deus ferit, nec finit *ben. 31.*
insolescere: parva vero nihil ledit? Vides ut magna semper adificia ma- *Herod. 1. 17.*
gnasq; arbores huiusmodi fulminum tela percutiunt? Gaudet enim Deus
eminentissima quaeq; deprimere. Unde & ingens exercitus ab exiguo
profligatur, quoties Deus iis, quibus invidet, aut metum incutit aut toni-
trum. Propterea quidam secus ac dignitas sua postulabat in calamita-
tem incidere, quia Deus neminem alium quam seipsum finit magnifice
de se sentire. Nam: In se magna ruunt, latis hunc numina rebus Cres-
cendi posuere modum. Sapienter itaque Hydaspes: Non abutor for- *Lucanus 1. 1.*
tuna, ad cupiditatem plus praeceteris habendi: neque in immensum pro- *v. 81.*
lato imperium propter victoriam: sed contentus sum finibus, quos initio *Hesiodor. 1. 9.*
natura posuit. Et Antoninus Pius: In re militari potius ex justitia, *Suidas.*
quam emolumento gloriam querens, magis incolumes servandos, quam
amplificandos imperii fines statuebat. Nec aliam mentem Augusto, pa-
tet ex tabulis ejus supremis; quibus inter alia, addiderat consilium, *Tac. 1. Annal.*
coercendi intra Terminos Imperii. Quippe magnum equidem aliquid *Xenophon*
esse arbitror, imperium parare: sed multo majus id, quod sis adeptus, *in Cyrop. 1. 6.*
conservare. Nam adipisci saepius etiam illi contigit, qui audaciam dun-
taxat adhibet; sed retinere, quod adeptus sit, id vero non jam sine tem-
perantia, nec sine continentia, nec sine multo studio fieri solet. Illa enim
sunt robusta, illa diuturna, quae prudentia incipit, & cura custodit. Et
Mas loable que ninguno otro es el triumpho, que se desecha, Triumphus
repudiatus, omni triumpho clarior. Quare statuendus est felicitati ter-
minus. Cum secundum illud Hisp. Gravemente offende el pobre eno-
jado. Gravissimi morsus irritat a necessitatis. Quae timidos etiam for-

tes facit. Vid. Grut. Disc. in Tac. p. 154. Amurat. ib. disc. 6. lib. 1. & Forstn. ib. p. 51. Clapm. de arcan. Rerump. l. 3. c. 16. & infr. Ax. 14. h. t.

S. 30. X. Compensatio actionem ipso jure minuit. §. 30. Quia est debiti & crediti inter se contributio. l. 1. ff. de compens. dicta ab antiquo æris appendendi more. Antiquitus enim, antequam signarentur nummi, veteres æs argentumq; rude sibi appendebant, utipatet ex Genes. c. 33. v. 16. Ex. 22. v. 17. Jerem. 32. v. 10. Briffon. l. 1. antiq. c. 7. Quem morem appendendi observabant etiam Romani usque ad Servium Regem, qui primus assignavit pecudum notã, unde & Pecunia dicta, teste Plinio l. 33. c. 3. Et hinc pensiones ac pensiones pro æris præstationibus dici cæperunt, auctore Festo l. 14. Inde Compensatio; quia singuli pensant, ambo conjunctim compensant; id est, unã pensant invicem, & quasi in unã lance appendunt: ut æqua præstatio fiat, & quantum præstatur, tantum rependatur. Donell. comm. l. 16. pr. c. 15. Harpr. hic. n. 3. Grot. flor. sp. pag. 94.

Sallust.

S. 32. XI. Sententia debet esse certa. §. 32. Nam maximè pertinet ad officium Judicis, lites dirimere, suaque sententia controversiis finem imponere. l. 13. §. 2. de recept. l. 1. de rejud. Non vero finem imponit controversiis, sed magis lites conferit, qui sententiam profert incertam, obscuram vel ambiguam. Harpr. hic. n. 1. Sicut oracula olim Delphica flexiloqua extiterunt & ambigua, hominum expectationem frustrantia; ita & sententiæ perplexæ lites non tam dirimunt, quàm litem lite resolvunt, vel verius litibus: inquit Budæus in for. p. 342. & 480. è verbis ambiguis sententiæ aut jejunis ansam eripere novæ litis sæpe evenit. Parthen. litig. l. 1. c. 12. n. 23. & l. 2. c. 13. n. 30. Unde sententia & Imprudentia Judicis casui fortuito assimilantur. Ib. l. 2. c. 10. n. 27. Et hæc in foro: Sed in Principum quoque atrio inveniuntur tales illaudati & timidi homines, qui potentiorum metu, dicamne nutu, de statu bonæ mentis quamprimum dejiciuntur, aut percelluntur; quique ex alienâ libidine huc illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia decernunt. Uti eorum qui dominantur similtas atque arrogantia fert, ita bonum malumve publicum existimant. Lips. pol. l. 3. c. 5. Chock. pol. l. 3. c. 14. Ita: Dum non vult alter, timet alter dicere verum, Regibus: O miserum Regis in orbe statum. Owen. l. 2. Ep. 132. Imò in toto hoc mundo immundo!

Sallust. ad
Cæs.

do! Dann es gehet also in der Welt/ das die Weißheit/ so mit et-
nem geringen vnd vertragenen Mantel bedeckt ist/ verachtet wird/
vnd dargegen die stolken gottlosen Narren in ehren gehalten werden.
Dan die Welt hat ein Verstandt wie einen Kalbeshäupt/ vnd ist hiern
wunde/ mangelt alles rechten Verstandes vnd Brichells/ darumb
fürdert vnd erhebe sie alleine (suos & suos) die Zhrigen/ vnd gute
ferre saule Mastschweine /die offemals weder ehrliches noch löbliches
gethan/ vnd dargegen fromme vnd lobwürdige Leute/ so sie bey vnd
vmb sich hat/ verachtet vnd anfeindet sie. D. Cram. ad c. 10. Eccl. v. 26.

XII. Lapsis iuventute & iusto errore succurrendum. §. 33.

Nec pœnâ semper, sed sæpè pœnitentiâ contentum esse. Sive peccaverit
hostis, sive civis: (præsertim Juvenis: Nam, Si on prenoit, inquit Gal-
lus, la jeunesse au criminel, le monde periroit. Si criminaliter ageretur
cum iuventute, mundus periret: Et, Il ne faut pas prendre pied à sa jeu-
nesse; Quod juveniliter actum, haud gravi animo iudicandum. Cum
juvenes fluxi & dolis capi faciles. Vnd an keinem Menschen weil er
lebt/ zu wieffeln/ wie hoch vnd tieff er immer gefallen ist. B. Luther.
tom. 2. p. 59.) Ætherii patris exemplo: qui cuncta sonoro Concutiens to-
mitru, Cyclopus spicula differt. In scopulos & monstra maris; nostrid₃
cruoris Parcus. Cujus es expressa imago ô Magistratus! Dimittere n.
à quibus sumus lesi, Eleemosyna est spiritualis: Nam non solum, qui
dat esurienti cibum, sitiienti potum, nudo vestem, peregrinanti hospi-
tium, fugienti latibulum, agro vel incluso visitationem, captivo redem-
ptionem, debili subventionem, tristi consolationem, non sano medelam,
erranti viam, deliranti consilium, & quodcunque necessarium indigenti,
verum etiam qui dat veniam peccanti, Eleemosinam dat. Et Consu-
lere patria, parcere afflictis, ferâ cade abstinere, tempus atque ira dare
orbi quietem, seculo pacem: Hæc summa virtus, patet hæc cœlum viâ:
Et nullâ re homines ad Deum propius accedunt, quàm salute homini-
bus dandâ. Nati enim omnes peccare & labi sunt, quâ privatim,
quâ publicè, neque lex est, quæ satis validè vetet aut capiat modum.
Itaque de suo jure virum bonum aliquid relaxare, non solum liberalita-
tis, sed plerunque etiam commoditatis est. No es cosa honesta, inquit
Hispanus, mas manifesta malicia, procurar honra de yerros ajenos:
Nec honestum est, sed malitosum, ex alienis erratis sibi parare gloriam.

Sic

§. 33.

Tac in Agric.

Sallust.

Claudian.

August. in

Enchir. c. 72.

Cic. pro M.
Marcell.

Thuc. l. 3.

Ambros. 2.

de offic. 2.

Sic multos Ethnicos legimus publicæ privataq; pacis concordie & salutis gratiâ, quasvis vel gravissimas inimicitias deposuisse, in gratiam & amicitiam cum inimicis suis rediisse, omniumq; injuriarum, quibus affecti fuerunt, memoriam abjecisse. Turpe enim & nefas & ab omni ratione alienum, nos cum simus mortales, inimicitias velle gerere & inter nos exercere immortales, perpetuas. Sic Romanorum Rempub. ignoscendo potius, quàm persequendo hostium injurias crevisse: *Qui enim ignoscit injuriis, auctor est concordie, quâ civitates constituuntur & conservantur: qui vero eas persequitur, est causa discordie.* Quærendæ ig. sunt ignoscendi causæ, non puniendi occasiones; Et Egregii bellorum fines sunt, ubi ignoscendo transigitur. Quia.

Tacitus,

Sallust.

ad Cas. Or. 1.

Sophoel.

Tac. 4. Ann.

Marcell. l. 28.

Mela l. 1. c. 20.

Thucid. l. 1.

Vellejus l. 2.

Ammianus

l. 14.

Phœdrus

fab. 4.

XIII. Etiam constantissimus labi potest. *Ibid.* Unde grosse Leute thun nicht geringe Thorheit. *D. Cram. ad c. 6. Dan. v. 12.* Mos quidem est vulgo, fortuita ad culpam trahere. Olim solio deturbabatur Burgundionum Rex, sub quo fortuna belli titubasset: & Ægyptii omnes casus adsignabant Rectoribus suis. *Mossynæci*, si Fortuna cœptis non adspirasset, Reges suos totius diei inediâ puniebant. Sed pravè! Non enim prudentis est, ex eventu estimare consilia: cum sæpius fiat, ut res sapienter & mature deliberata sinistros exitus, pessimè vero consultâ bonum finem sortiantur. Sæpè stultâ consilia, hostium imprudentia correxit: sæpè sapienter deliberata, inevitabilis fatorum necessitas evertit, quæ cujuscunque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit, Videmus enim cottidie, manum injicientibus fatis, hebetari sensus hominum & obtundi, & constantissimos quoque labi. Dann Weisheit muß zum ersten weg genommen werden, wann ein Herr fallen sol. *D. Cram. ad c. 4. Dan. v. 12.* Præsertim autem.

XIV. PLUS PETENTES CAUSÂ CADERE SOLENT. *Ibid.* Nam: Amittit meritò proprium, qui alienum adpetit. Secundum illud Itætorum: *Per tener l' uovo, la gallina, è le penne, spesso si perde l' uovo, la gallina, è le penne.* Graviter Dion Chrysof. orat. 17. Hesiodus autem dimidium dicit esse plus toto, avaritiæ, opinor, damna & detrimenta perpendens. Quis enim aut rex, aut dynasta, aut populus, conatus justam mensuram transgredi, & plura appetere, non omnem presentem felicitatem perdidit, magnisq; & difficilibus afflictus est calamitatibus, omnibus

in omnibus posteris clam exempla inhumanitatis & pravitatis derelinquens? Aut quis fuit, paucioribus volens esse contentus, jacturamque visam facile perferre, qui non copiosiora, quam alii possederit, ultra ipsi & absque labore accedenti plurimumque temporis felicitatem retinuerit, tutissimamque usus sit bonis à fortuna datis? Nemo hercule, nemo, quippe heic: Quanto quisque sibi plura negaverit, à diis plura feret. Hos æmulemur, non inexplebiliores convivas aut Mercatores, qui partim immodicis epulis ingurgitati; partim nimis mercibus onerata nave ventrem potius disruperint, ac navem secum demerserint, quam ut ex hac inexplebili aviditate fructum ullum capiant. Ita dum parva lucra captant, gravissimis damnis afficiuntur. Dann Geizige sind Zerstörer/ Räuber/ Verwüster. Was haben sie aber für Gewinn darvon? Eben den/ den Judas/ der bekömpft zwar Geld/ aber er geneußt es nicht/ muß am Strang sterben/ als ein Dieb/ dann ein Geiziger ist ein Dieb/ vnd thut er nicht Busse/ muß er am Strang der verzweiflung sterben. D. Arndt Postill. p. 296. Sed L'avaricieux a tousiours trop, inquit Gal- lus, & jamais assez; Tam deest avaro quod habet, quam quod non ha- bet. Et Farine de diable se convertist en fin en bran, Malè parta in pejus tandem exeunt.

Nazianze-
nus.

XV. In tarditate est minus in celeritate plus. Ibid. Inde etiam Celeritas tantoperè in quibusdam priscis ducibus lauda- ta, & in aliis culpata tarditas & oscitantia. C. Caesar, ille Martius pullus, nullum unquam hostem fudit, quem non castris quoque ex- uerit. Ita nullum perterriti spatium dabat. Idem civile bellum CCC equitibus & vltro peditum auspiciatus, tantà celeritate, tantoque ardore gessit, ut 60. dierum spatio universam Italiam occuparet. Econtra Nicia segnis cunctatio Atheniensium res evertit. Cum enim is adventu suo ingentem famam & sui terrorem Siciliae intulisset: Catania in hybernis delitescens, in contemptum venit, & hostibus animos resumendi spatium dedit. Eadem cunctatio Hannibalem perdidit: Cujus animum serà nimis poenitentia subiisse dicitur, quod non cruentum ab acie Cannensi militem ad urbem continuo duxisset. Idem error & in Ludovico Andegavensi à Leonardo Aretino notatur: Cum enim ab illo Ladislaus Apuliae Rex victus, evasisset: solitus est ille sapius deinde dicere; Eà, quâ profligatus sit die, & sui corporis & totius regni potestatem in hostium manibus fuisse: alterà die corporis
C
quidem

Suton. in
Jol. c. 60.

Thucid. l. 7.

Liv.
Hist. Ital.

quidem potestatem amisisse, regni tamen dominos esse potuisse: tertiâ vero nec jam sui, nec regni capiendi habuisse potestatem. Non tamen eò pertinet hæc opinio, quasi censeamus, nunquam esse cunctationi (quam ego primam prudentiæ filiam cum Domino Förstnerio in hypom. pol. p. 24. nominandam duco, secundum illud Hispan: No ay cosa tam contraria consejo, como aceleracion: Nihil tam inimicum consiliis, quàm celeritas. Et alterum Ital: I subiti consigli non sono costanti.) locum, & belluarum ritu in perniciem non necessariam ruendum. Quid enim, si vires tuæ trabendo bellum adolescant, contra hostis minuantur? Nemo prælium, nisi malè sanus suadeat. Illud saltem damnamus, quod Duces velut ex composito, alter alterius viciniam & congressum devirantes plerunque diversis in locis prædonum more in miseros agrestes seire tantum soleant, & ne nihil egisse videantur, interdum castellum aliquod vel oppidum capere: quod mox superveniente hoste, nullo negotio recipitur: ut sæpius sit observatum, ter quaterque castellum aliquod captum, iterumque eodem bello amissum esse. Recepta scil. inter ipsos sententiâ: E pugna recedentes denuò pugnare posse: Ut bellum cauponari potius, quàm geri videantur. Quos vivis coloribus depingit Tacitus: Nostrorum, inquit, Ducum more ducendo bellum, ærarium exhauritur: coloni agro auferuntur: pagi, oppida, urbes, provincie, regna incolis spoliantur, & ad miserandam vastitatem rediguntur: nec, nisi lassatâ utrinque crudelitate, de pace cogitatur; Sed

Thuan. l. 59.

lib. 4. hist.

§. 34.
Val. 2. c. 7.
§ c. 8.
l. 19. ff. de
capt.

Cassiodor. 7.
Var. ep. 4.
Veget. 1. c. 19.
§ l. 3. c. 10.
l. 2. c. 13. l. 1.
cap. 19.

XVI. Malitiis non est indulgendum. arg. §. 34. vers. quin etiam. Potius omnibus nervis ad revocandam pristina militie disciplinam, connitendum. Quæ Principatum ternarum Romano Imperio peperit. Et antiquior fuit parentibus Romanis, quàm caritas liberorum, & acriter retenta. Qualis non est ista nostra, ubi in agmine plus calonû, imò & scortorum est, quàm milicum. Nam fossiores & ejusmodi operas quanto labore quærimus, sumptu circumducimus? Sapiamus tandem! Fac, ut Vivant milites cum provincialibus jure civili, nec insolescat animus, qui se sentit armatum, quia clypeus ille exercituum tuum, quietem debet præstare paganis. Nec hæc credantur esse difficilia, si usus accesserit. Cur desperes fieri posse, quæ facta sunt? Omne opus difficile videtur, antequam tentes: At nihil est, quod non assidua meditatio facillimum reddat. Et aliàs.

Error

XVII. Error cognitâ veritate corrigendus. §.37. §.37.

Dann niemandt ist so scharff/ flug/ fürsichtig/ heilig/ der nicht auch zuweilen irrete vnd strauchelte. D. Cramer ad illa Eccles. Rede nicht wieder die Warheit &c. Inepti itaque hi, & non solum vani, qui aded acres sunt, aded pugnaces, & sententiæ tenaces suæ, nemini ut velint cedere, putentque malè cum honore actum suo, si herbam, ut dicitur, dissentaneo dare cogantur; cum, *Nunquam prastantibus in Reipub. viris laudata in una sententia perpetua permansio.* Quotus enim quisque est, quem non aliqua pars ignorantia attingat? Itaque longè longèq; satius est errorem corrigere, & in melius mutare consilium, quod bonè suadentibus aliis inutile Reipub. videatur. Apud Isocratem legi, *Bonos & prudentes sicubi ipsos errare contigerit, indicata veritati libenter assentiri, at vulgus ineptum contumacissimum esse.* Nam: *Non inconstantis puto, sententiam, tanquam aliquod navigium, ex Reipub. tempestate moderari.* Videſne, ut nauæ vela sinuent, & obliquent; & teneant nihilominus suum portum? Itidem & tu, in illa, vel istâ re. Hinc Leonidas cuidam objicienti, quod facile mutaretur: *Mutor, inquit, sed pro temporum ratione; non ut vos, proprio morbo.* Pro qua sententia recte Augustinus: *Turpe est mutare sententiam, sed veram & rectam. Nam & stultam & noxiam, & laudabile, & salutare est.* Quis enim nesciat, minimis fieri momentis maximas temporum inclinationes? Livium audi: *Quid quæquè dies, aut nox ferat, incertum est: puncto sæpè temporis maximarum rerum momenta vertuntur.* Proinde non est turpe, cum re mutare consilium. Namque consilia rebus aptantur. Nec audiendus Zeno: *Sapientem sententiam mutare nunquam.* Verius Lucianus; *Melius recurrere è medio cursu, quàm malè currere.* Cùm semper.

XVIII. Boni & æqui habenda ratio. §.39. Interdum enim nec locus vel tempus patitur plenius deliberandi consilium, sed permittitur, ut à regulis Juris communis recedatur, & æqui boniq; ratio habeatur, ubicunque periculum est in in mora: Et tantò periculosior est dilatio, quantò majorem celeritatem requirit expeditio. l.1. ff. damn. infect. Glos. in l. fin. C. de ser. Unde Legati Corinth. apud Thuc. deducunt; *Pacem quidem habenti Reipub. immotas certasq; leges optimè conducere, quibus verò hinc inde vagandum, novis etiam*

c. 4. v. 30.

Cic. 1. ep. pen.

Sen. 2. de ira cap. 9.

In Panathe.

Cic. pro

Planc.

Plutarch.

Ep. 214.

Cic. 5. Phil.

dec. 1. lib. 2.

Sen. 4. de

benef. c. 38.

Id. ep. 72.

Cic. pro L.

Murana.

§.39.

lib. 1.

Cicero.

inventionibus opus habere. Utilitati enim publicæ omnia parent, etiam Leges, secundum illud: *Salus populi suprema lex esto.* Quippe Tempore sit, ut, quod turpe plerumque haberi soleat, inveniatur non esse turpe. Unde interdum: *Necessarium viro sapienti in parvis à Justitia abire, qui in magnis eam salvam velit.* Et quidni, cum in eas incidimus angustias, ut aut violatis legibus salva Respub. aut salvis legibus, interitura sit Resp. posthabitis legibus, necessitati pareamus, & *Dormiant hodie leges, dicamus.* Athenienses in sanctius ærarium mille talenta seposuerant, sancitâ capitis poenâ, si quis de ea eroganda censuisset: At iidem acceptâ in Sicilia ingenti clade, ad extremas deducti necessitates, antiquatâ lege, contrahendis copiis & instruendæ classi pecuniam illam omnem expendere. *Vir enim sapiens & bonus civis, temporis consilia sua accommodat, ne frustra obtinendo, prævalidis & ingravescentibus vitiis, sententiam dicat, cui nemo suffragetur & obtemperet.* Legumq; oportunitates, ut remedia, quæ corporibus adhibentur, *infecti debent, aut interdum planè tolli, si id exigat suprema omnium legum norma, Salus populi: Cum nullare magis conciderint potentes populi, quàm libertate discordi & in-tempestiva privilegiorum observatione.* Præcipuè autem.

Thucid. l. 2.

Baud. de in-
duc. Belg.
pag. 26.

§. ult.

XIX. Fortunis spoliato succurrendum. §. ult. *Nam cuius accidere potest, quod cuiquam potest.* Et: *No se alabe ninguno mucho, en quanto vive, inquit Hispanus: Non est, qui vivus gloriari possit.* Cum *Lo que à uno puede acontecer, puede acontecer a todos:* Omnia quidem, inquit *Amurathes Turcarum Imp. sibi licere statuit stollida mortalium temeritas, ubi semel aliquo secundarum rerum incremento delinitus est animus.* Inde *vix sui compos mens, & præsentis jam impatiens fortuna, modò hæc, modo illac pererrans, oia aliorum turbat, & pro libidine aucupatur bella, donec miserrimo tandem exitu, inanium luat cogitationum pœnas.* Ea namque est ingenii humani imbecillitas, ut infinitam potestatem & latam semper fortunam inequalius aut inconstantius ferat. Quod ut evites semper & ubique fragilitatis humanæ meminisse debes, & multiplices rerum humanarum casus præter oculos habere. *Quid est, ut cum Seneca, quod non fortuna, cum volvit, ex florentissimo detrahat, quod non eò magis aggrediatur & quatiat, quò speciosius fulget? Quid illi arduum, quidve difficile est?*

Boeckler. in
diss. de pol.
Lips. p. 19.

Ep. 92.

est? Plena est exemplorum vetustas, plena etiam prasens aetas, qui Reges felicitatem calamitate mutarint. Siquidem humanarum rerum est velut circulus quidam, qui rotatus semper eosdem fortunatos esse non sinit. Et; De ninguna cosa se deve menos fiar, inquit Hisp. que de prosperos successus: Maxima cuius fortuna, minimè credendum. Ideo, In secundis rebus nihil in quèquam superbe ac violenter consulere decet, nec prasenti credere Fortune, cum quid Vesper ferat, incertum sit. Nam, Semel profecto premere felices Deus cum cepit, urget, hos habent magna exitus. Quare Fortunam spoliatis succurre, & Felicitati tuae impone frenum, melius illam reges. Cum: En una hora, se suele perder la honrra, inquit Hispanus, que en muchas se gana; Multo tempore parta decora, unius hora fortuna evertere solet.

Boet. 3. de
Conf. prof. 5.
Herod. l. 1.
Liv. l. 45.
Senec. Herc.
Oedip.
Curt. l. 7.

TIT. VII.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est,
negotium gestum esse dicitur.

Hactenus de actionibus, quæ ex nostro facto oriuntur *supr. tit. 6.* Sequuntur nunc, quæ ex ALIENO; quarum quedam ex contractu; quedam ex delicto dantur. *tit. 8. & 9.* Et quidem ex CONTRACTU ALIENO, ut PRÆPOSITORUM NOSTRORUM: veluti EXERCITORIA, à Prætoze datur, ei, qui cum Magistro, vel promagistro navis contraxit adversus Exercitorem, qui illum præposuit, in id; quod cum Magistro contractum in solidum. §. 2. Et INSTITORIA, quæ competit ei, qui cum Institore contraxit, adversus dominum, qui eum negotiatione terrestri præfecit, in id, ut satisfaciat contractui ex forma præpositionis inito, *Ibid.* AUT ILLORUM QUI NOSTRÆ POTESTATI SUNT SUBJECTI; veluti IACTIO QUOD JASSU, competens ei, qui cum servo contraxit, adversus dominum, cuius jussu contractum, in solidum §. 1. II. TRIBUTORIA, quæ datur in dominum, quo sciente servus in merce peculiari est negotiatus, ad distributionem peculii inter dominum & reliquos creditores pro rata faciendam, & inequaliter factam corrigendam, seu exequandam. §. 3. III. DE PECULIO, quâ ille, qui cum filiofam. vel servo alieno contraxerunt, etiam ignorante & invito eo, in cuius sunt potestate, agunt adversus patrem vel dominum, ut is, quod ex eo contractu debetur, solvat peculiotenus, deducto prius eo

§. 2.

§. 1.

§. 3.

- §. 4. quod sibi debetur, §. 4. Et est aliud *Profectitium*, vel *Adventitium*: Aliud *Castrense* vel *Quasi-Castrense*. l. ult. C. de inoff. testam. Et IV. denique actio *DE IN REM VERSO*. *ibid.* quæ ei tribuitur, qui cum filio vel servo contraxit, contra Patrem Dominumve, cujus negotium filius vel servus, non tamen ejus voluntate gessit, ut, *quatenus in rem ipsius versum esse* apparebit, præstare cogatur. *Harpr. hic. n. 7.* Prout autem expedit, ita quisque vel hanc actionem, vel illam eligere debet. §. 6. Sed unâ electâ, regressus ad aliam non datur, l. 9. §. 1. de trib. act. De pecuniâ autem filiofam. credita *SCtum Macedonia- rum* denegat actionem. §. 7.

QUESTIONES.

- I. Utrum Dominus & pater, si non jubeant quidem servum filiumve contrahere, sed patiantur tantum, actione *Quod jussu*, teneantur? N. cum *Henon. d. 20. th. 5. b. Harpr. ad §. 1. hic. n. 6. p. 533.*
- II. An mediante juramento, exceptioni *SC. Macedoniani*, renunciari possit? N. cum *Harpr. ad §. 7. p. 551. n. 24.*

Axiomata & Digressiones.

- princ.* I. Verbosa disputatio vitanda *pr. Præsertim in Religionis*
Plato de Rep. negotio *Difficiles hi sermones & cum discrimine.* Primum, quia per eos excitantur ad novitates multi, & pruriunt. *Mens enim refractaria*
Ex Græco semper indoctorum hominum, & nolunt vel credere veris. Deinde
Oppian. quia ex *Sisennii summi Viri consilio Theodosio Imp. dato: Disce-*
Sozom. l. 7. ptationes non solum non reconciliare *Schismata, sed hæreticos præterea*
Eccles. hist. ad contentionem magis accendere. *Idcirco concertationes Ecclesiasticas*
cap. 12. vitandas testesq; adhibendas tantum formulas fidei à veteribus editas.
 Dann wolgegründte Religions Artickel lassen sich nicht disputiren, sondern glauben. *D. Cramer. ad c. 33. Eccles. v. 7.* Und was wir glauben sollen/ das muß nicht wahn noch dunckel/ sondern gewisse Wahrheit seyn/ darüber wir tausende Hälse lassen möchten. *B. Luther.*
Salvianus de tom. 2. p. 60. Et nimis fatuas opiniones operosè & cum curâ refel-
gub. Dei l. 1. lere, fatuitatis est majoris. *Cuj. l. 1. Obs. 3.* Cùm tam stulta & tam
p. 23. 20. frivola sæpè sint, ut cavendum, ne id ipsum, quod pro honore Dei dicitur, injuria Dei esse videatur. *Tanta quippe est majestatis sacra & tam tremen-*

et remeda reverentia, ut non solum ea, quae ab illis contra religionem dicuntur, horrere, sed etiam quae pro religione nos ipsi dicimus, cum grandi metu ac disciplina dicere debeamus. Sonderlich aber muß man von Religions Sachen alle Sophisterey abschaffen/ vnd zietet sich/nicht/ daß man da mit Schmähworten einer den andern außhole. Hortled. von Ursachen des teutschen Kriegs part. 1. p. 193. Auch nichts fürnehmē ohne außdrücklichen Befehl Gottes in Göttlichen Sachen. D. Cramer c. 1. Hof. v. 2. Igitur verbosa disputationes omnes improbandae, quae in publico, & in populo, Dann kein Rülk ist ist so grob/ wann ihm was träumet oder dünckt/ so muß der Heilige Geist ihm eingegeben haben/ vnd wil ein Prophet sein. B. Luther. ib. p. 61. Nisi Principi, aut iis qui praesunt, ob causas aliter videatur. Ad facta potius abeundum: Quia Christianorum omnis religio sine scelere & sine macula vivere. Bud mit verhören verrichtet man viel böse Sachen/ welche sonst durch verantwörung nur ärger gemache werden. D. Cramer. ad c. 25. Eccles. v. 6. & 17. Quia boni Theologi est, aliquid ignorare. Idem ad c. 12. Dan. v. 13. Nam, Verba DEI Spiritus & vita sunt, nec humano sensu pensanda, & ad vanam complacentiam trahenda: Sed in silentio audienda, & cum omni humilitate atque affectu magno suscipienda. Th. Kemp. de imit. Chr. l. 3. c. 3. Et haec Theologia scilicet gravioris sanctiorisq; Prudentiae regula, nisi nos dirigat in humanarum rerum fluctibus, in perplexis casuum, in incertis actuum: necesse est quantamcunque sollertiam decipi, errare, labi. Illa supplebit, in quibus ratio deficit aut caecutit: Illa Historiae & Justitiae oculus erit, efficietque, ut per theatrum divinae gubernationis incedamus cum perspicacia & iudicio: Illa subdolum publicae nequitiae glaucoma, quasi sine malis artibus Respub. geri non posset, perpetuam exemplorum luce longè amolietur. Illa, si Florentinus aliquis veterator summam κακοπραγμοσύνης insusurrat: Vis & nequitia quicquid oppugnant, ruit, statim demonstrabit; fieri sanè interdum, ut dolum & vim aliquantis per successus comitetur, sed paulò post; Vim ipsam, nequitiam ipsam irreparabili lapsu & horrendo ruere, regnisq; ingentibus ingentem perniciem consciscere. Illa majestatem sceptrorum potestatemq; attollet ac venerabitur, sed usque ad aras, & ita, ut eadem operà ad exemplum Altioris Majestatis Minorem componat. Clariß. Dn. Job.

Lactant. l. 5.
cap. 9.

Plato in
apol. p. 25.

Job. Henricus Bœclerus Amicus meus in edibus, Integerrimi Berneggeri
p. m. Argentorati singularis, in diss. de Polit. Lips. c. 5. p. 65. Quocirca,
verbosa disputatione relicta, cum Socrate exclamandum: Vos, Viri
Athenienses, complector quidem & amo; at Deopotius, quam Vobis ob-
temperabo. Der wird über seinem Wort halten/ und viel ehe lassen
Himmel und Erden vergehen/ ehe ein einziger Buchstabe oder Tittel
davon verfalle. B. Luth. tom. 2. Witt. p. 1. Jasse mehr manß drücken/ je
weiter es lauffen und zunehmen wird. Ib. p. 6. Vid. Rittersb. ad illa
Salvianip. 34. & p. 71. Homo sum, non intelligo secreta Dei. Florimund.
acie pol. p. 458. Lips. pol. l. 1. c. 3. Schönb. l. 6. pol. c. 6.

S. pen.

II. A luxuriosis & obaratis liberis vitæ periculum
parentibus imminet. arg. S. pen. Nempe ut iis mortuis, here-
des facti mutuum reddant, æreque alieno se liberent. l. 3. §. 3. ff. ad

Pro S. Roscio.

Flor. l. 3.

c. 12.

Indid.

Ibid.

Tac. 1. hist.

Indid.

Iu Catil. p. 6.

SC. Maced. Pulcrè Cicero: Luxuries, inquit, hominem & eris alie-
ni magnitudo, & indomita animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt.
Harpr. hinc. n. 28. Et hæc inter privatos lares. Sed quid publicè? An
non & Luxus inter principes civilis belli causas. Maximè! Que
enim alia res civiles furores peperit, quam nimia felicitas? Opes atque
divitiæ afflixere seculi mores, mersamq; vitis suis, quasi sentinam, Reip.
pessum dedere. Magnificus apparatus conviviorum, & sumptuosa largi-
tio, nonne ab opulentiâ paritura mox Egestatem? Cum scilicet rapacis-
simo cuique ac perditissimo, non agri aut fœnus, sed solâ instrumenta vi-
tiorum manebunt. Hi tales misere cuncta, & privata vulnera, Reipub.
malis operire statuent. Sic Sallust: Cum Catilinâ, testatur, in patriam
conspirasse, quicumque impudicus, adulter, ganeo, venere, manu, pede,
bona patria laceraverat: quique es alienum grande conflaverat, quò fla-
gitium aut facinus redimeret. Et, His amicis sociisque, confisus, simul quod es
alienum per omnes terras ingens erat, & quod plerique Sullani milites
LARGIUS SUO USI, rapinarum & victoriæ veteris memores, civile bellum
exoptabant, opprimenda Reip. consilium cepit. Quippe ita se res habet,
ut publicâ ruinâ quisque malit, quam suâ proteri; & idem passurus, mi-
nus conspici. Hinc usura vorax, avidumq; in tempora fœnus, Et concussa
fides, & multis utile bellum. Atque sic iterum, Ce qui amasse pille pille,
dessemble tire tire: Quod rapina coaccervat, luxus effundit. Vid. Lips.
pol. l. 6. c. 2. Parthen. litig. l. 1. c. 6. n. 22. Grut. disc. in Tac. p. 26. Piccart.
O. dec. 18. & 4. Sed.

pag. 7.

Vell. l. 2.

III. Stuk-

III. Stultissimus est, qui in copia meliorum, eligit deteriora. §. 5. Itaque cum, Nihil omnium confessione civili bello pejus; cuius quoque victoria omnium malorum Extremum: Merito stultissimus cluet, qui se dat in turbidum illud mare; præsertim cum tranquillum non tentarit? Quare, Neque tutius, neque honestius reperiet quidquam, quam ab omni contentione abesse. Et, Eligere aliquod oppidum vacuum à bello, dum hæc decernuntur. Eâ tamen cum lege, ut ne propensior ad turpem causam videatur, affectu saltem à meliori stet parte, ad speculum Titi Attici, qui ita in *Repub.* est versatus, ut semper optimatum partium & esset, & existimaretur: neque tamen se Civilibus fluctibus committeret, quod eos non magis in suâ potestate existimabat esse, qui se his dedissent, quam qui martiris jactarentur. Dann der Unfrieden hindert auch bey rechtsinnigen vnd verständigen Leuten gute disciplin. Hortl. von vhrsach des E. Kriegs. part. 1. p. 177. Vid. Lips. pol. l. 6. c. 6. Florim. acie pol. p. 430. in quest? An miscere se bellis civilibus vir bonus debeat? Nam.

§. 5.
Dion. Halic.
l. 6.
Cic. 9. fam. 6.
Cæs. ad
Attic. 10. ep. 8.
Cælius ad
Cic. l. 10. ad
Att. Cic. ad
Att. 7. ep. 25.
Nepos in ejus
vita.

IV. Paria sunt aliquid facere, & facienti consentire. arg. §. ult. Secundum illud Hispanorum: *Iguales son en la culpa, el que la hare, y el que la favorece. Aque facinori videtur obnoxius, qui auxilium præstat agenti.* Itaque cavendum omnibus tam in Ecclesiasticâ, quam seculari dignitate constitutis, ut quod maximè, ne quâ ipsos adulatio & patrociniû societate facinorum obstringat, neque crimina Dominantium per ignaviam & molliem, quam modestiam & *πειρασμο* appellitant, sua faciant, & eâ re, tum Rempub. tum & Principes, seq; unâ perdant malè; Vnd zwaren sollen Prediger in verrichtung ihres Ampts kein Blat fürs Maul nehmen/ noch weder durch Snad/oder Gunst/ Geschenck oder Gaben/ sich hindern oder bewegen lassen/ sondern jederman vermög ihres Berufs sagen/ was zusagen stehet/ vnangesehen sie wenig Danck hierdurch in der Welt erlangen/ vnd hilffe nicht/ das man sagen wolte/ es ist mier von der Obrigkeit verboten: Ich schaffe doch nichts/ sie wollen meiner nicht hören. &c.: Dann befehret er sich nicht/ so wird er vmb seiner Sünde willen sterben/ aber du hast deine Seele errettet. D. Cramer ad c. 5. Dan. v. 17. & ad c. Es. 58. v. 1. Sic quotus quisque nescius est, *Viros Politicos vera reticentes, ac in Principis vitiosa facta,*

§. ult.

Ezech. 3. 11.
& 19.

D

consen-

de benef. 6. cap. 30. consentientes, non tam se, quam publicam rem, atque adeò Prin-
1. de offic. D. August. 1. de Civ. Dei c. 9. cipem ipsum in casum dare? Fidem faciat in primis Seneca: *Non vi-*
Sen. ep. 123. Tac. 3. Ann. Cic. Ep. 1. ad Q. frat. des, inquit, quemadmodum illos (Principes) in præceptis agat extincta
libertas, & fides in obsequium servile submissa, dum nemo ex animi sui
sententia suadet, disuadetq; sed adulandi certamen est, & unum ami-
corum omnium officium, una contentio, qui blandissimè fallat? Nimi-
rum, vel spes eos plerumque abducit à vero, vel metus: itaque fit, ut
velut in vulpeculas versi, cautim dissimulent, ac reticeant publicè
utilia; & susque deque ferant, quorsum res evadat, dum non incur-
rant sui Principis offensionem. Cicero noster jam tum suo avo hoc
vidit, & deprehendit, plerosq; esse, qui quod sentiunt, etiamsi optimum
est, invidia metu non audent dicere. Sed his ingero, quod sanctus il-
le Doctor scribit: Quisquis metu cujuslibet potestatis, vel lucri cu-
pidine ductus, veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia ma-
gis timet hominem, vel caducas res magis amat, quam Deum. Imò
ipsi Principi, claudenda sunt aures malis vocibus & quidem primis, quæ
potissimum instillantur ab iis, quibus omnia Principum honesta, atque
inhonesta laudare mos est. Et qui Placentini tantum, nunquam Vero-
nenses. Quoniam omnes vias pecunie norunt, & omnia pecunie causâ
faciunt. Aber gemeiniglich fallen grosse Herren auff einen Diener/
deme sie alles vertragen/ vnd dem sie auch alles glauben/ vnd ohne
den sie nicht leben können/ vnd was dann derselbe sagt/ das muß vom
Himmel herab geredt sein. Aber Gott pfieget solche Augendiener
schrecklich zustürzen/ vnd endlich zuschanden zu machen. D. Cram.
ad litt. Artax. in part. Esth. v. 3. Vid. Lectius in orat. de Papiniano
JCro. p. 78. Chock. thes. pol. l. 3. c. 13. & l. 4. c. 3. Lips. pol. l. 3. c. 5. & 9.
Florim: Acie pol. pag. 605.

TIT. VIII.

De Noxalibus actionibus.

Ex NOXA dantur actiones noxales adversus dominum ex deli-
 cto servi, ut vel damnum à servo datum sarciat; vel ipsum noxæ de-
 dat, hoc est, addicat actori. *pr. §. 1. 2. 3.* Et sunt partim legitime, ut
 furti nec manifesti, & damni ex Lege Aquilia; partim Pratorie, ut
 injuriarum & rapinæ. *§. 4.* Semperq; caput sequuntur. *§. 5.* Non
 tamen.

tamen Domino servi, noxam ei ipsi committentis, dantur. §. 6.
Neque in liberis hodie admittuntur. §. 7. Cùm pro suis delictis pos-
sint conveniri. *Ibid.*

QUÆSTIONES.

I. Utrum actio noxalis, sicut adversus dominum servi, qui no-
cuit, ita quoque contra bonæ fidei possessorem competat? *Aff. cum*
Harpr. ad §. 3. hïc. p. 557. n. 7.

II. Utrum valeat consuetudo, vel statutum; ut pater ex deli-
cto filii legitimam solvere teneatur? *Aff. cum Schultz. in Syn. hïc. b.*
Contra Harpr. hïc. p. 560. n. 12.

ANTIN. De discrimine inter *Noxam* & *Noxiam* quid æsti-
ment Juris Coryphæi, decretum huic Juris peplo intexere. *Hottom.*
En. 3. Rittersh. & Giphon. hïc, à Triboniano, animali Latine Lingue
imperitissimo, confictum esse acriter contendunt; Quibus Legiones
suas masculè opponunt Harpr. p. 554. n. 4. Contius & Marcil. hïc. p.
672. & nos unà cum ipsis. Quapropter cano classicum. Vos mei Con-
corporales, quibus in hæc centuriata Justitiæ comitia venire fas, fre-
quentes ad signa adestote, singulisq; postulatis, tanquam æquissimis
rogationibus calculos adponite ex copiosâ & ubere vestri consilii
urnâ.

Axiomata & Digressiones.

I. Iniquum est, nequitiam servorum, ultra ipsorum corpora,
Dominis esse damnosam. §. 5.

II. Noxa sequitur caput. §. 5. *Quia delicta sunt personalia, &*
pœna sequitur autorem delicti. l. 20. ff. & l. 22. C. de pœn. Grotius Flor.
Spars. Justin. p. 94.

III. Inter dominum & eum, qui in potestate ejus est, nulla ob-
ligatio nasci potest. §. 6. l. 4. l. 11. ff. & l. 6. C. de judic.

IV. Quod in eum casum deducitur, à quo incipere non potest,
infirmatur. *ibid. l. 85. de R. I.*

V. Conversatio hominum asperitatem respuit. §. 7.
Quare etiam atq; etiam laudâda sedatio ista relaxatio, quæ sumitur
ex quotidiana conversatione virorum eruditorum: quippe quod sit
quædam virtutis exercitatio, cum bonis viris conversari: qui quidem
facetiis utentes, mentem demulceant, & simul acuant ad præclara

Theog. apud
Arist.

Tacit. 4.
Ann.

Claudian.

facinora instillatione salubrium monitorum. Sic Tiberius, cum è turba hominum, laxamenti causa, se amoveret, socios secum assumebat, Coccejum Nervam JCrum, & alios liberalibus studiis praeitos, quorum sermonibus levaretur. Dissimilis sanè multis nostri ævi potentibus, quæ, ut asperitatem negotiorum, conversatione condiant, comites sibi sumunt aliquot vel auledos, vel moriones, vel Sejanos vaferrimos, quorum numero aulae dehonestantur. Laus maxima, risum Per varios movisse sales. Et hi tales, præterquam, quod enervant gravitatem illam virilem, quæ maximè Principibus convenit, specie laxamenti, eos includunt, quo aditus non solum in suâ habeant manu, sed etiam vendant, atque ita soli sint arbitri rerum, Principe interea precario imperante. Cum tamen

VI. Asperitas penitus rejicienda. *ibid.* Præsertim
Senec. 1. de Princeps, Sermone esse debet affabilis, accessus, facilis: vultu, qui maximè populos demeretur, amabilis; equis desideriis propensus, nec iniquis acerbus. Etenim hac comitate atque suavitate morum, omnes facillime adamantinis sibi vinculis obligabit. Et vos melioris notæ Aulici
Clem. Gregorius quis acerbus. Etenim hac comitate atque suavitate morum, omnes facillime adamantinis sibi vinculis obligabit. Et vos melioris notæ Aulici
lib. 6. ipsum Principem! Si insuper abstineatis ab asperis facetiis, & monitionibus, quæ ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt.
Tac. 15. Ann. Novum enim est, sub amore Principis custodire modestiam: quia grandia semper & aspera animos inquietant. Et No guardar, inquit Hispanus, oportunidad, causa en todas cosas notable danno, y en la amonestacion mayor; Oportunitas non servata, omnibus in rebus affert malum, præsertim admonendo detrahit utilitatem. Quod expertus Callisthenes Aristotelis auditor, qui Alexandro M. non aliam ob causam invidus fuit, nisi quod extramodum liberior esset & loquacior: Præceptoris moniti immemor, ut aut rarissimè, aut quàm jucundissimè cum Principe loqueretur. Et in Romanis Vestinus, magnæ vir autoritatis, atque adeo Consul & Neroni perfamiliaris, tandem apud eundem in odium & exitium vocatus est asperâ sua conversatione, & acerbis facetiis (quarum apud præpotentes, ait verè Tacitus, in longum memoria est.) Itaq; Sit Monitio sine asperitate. Nam: Nec convenit ei altos proflare spiritus, Qui subditus paret aliorum legibus. Nisi Patriæ status periclitetur; tunc enim omni timore deposito, debes liberè Reipub. consulere: & audire illud Siracidis: Pro anima tua, & pro bono publico, ne confundaris dicere verum. Per

Ambros. 1.
offic. c. 22.
Sophoc. 1.
Antig.
Brut. ad Cic.
ii. fam.
Eccles. 4.

VII. Per filii corpus pater magis, quàm filius periclitatur. *ibid.* Et pro affectu suo parentes magis in liberis terren-
tur. *l. 8. §. ult. ff. quod met. causa.* Qui affectus in quibusdam adeò ve-
hemens est, ut faciat parentes cœcutire in erratis filiorum; vel bo-
na apparere in iisdem multa, quæ sunt deformia. Hinc existimes
decretum fuisse sapienter apud Ægyptios, ut *patres filiorum*, si ita
contingeret, *interfectores*, nullâ aliâ poenâ afficerentur, quam ut tri-
duo continuo excubarent ante occisi filii cadaver: *Nulla enim acer-*
biore poena puniri parentes existimârunt, *quàm ipsa facinoris magnitu-*
dine, & conscientia. Adeò ut Patres extiterint, quibus ex liberorum
funere susceptus dolor manus intulit violentas, utpote immodicus:
Et propterea digni visi sunt, qui excusarentur. Nam, *Cunctis ho-*
minibus liberi sunt anima. Et adhuc quoque an. orem respexere le-
gestum Pontificiæ, tum Cæsareæ. Quamvis enim *omne facinus au-*
thores solos insequitur, at tamen cum animadverterent Legumlato-
res, parentes in filiis graviter puniri, filios ipsos vel insontes poenâ
affecere, si crimen læsæ Majestatis perpetratur. *l. 5. ff. ad L. Jul. Maj.*
Vid. *Turtur. paral. Eth. Jurid. p. 283. in dissertat. Parentes an magis*
ament liberos, quàm amentur? Ubi firmat illud tritum. *Amorem*
plus descendere, quàm ascendere; per *Gl. pen. l. cum præ. C. de inoff. test.*
Dann die Liebe wurzelt nicht vber/ sondern vnter sich. *D. Cramer.*
ad c. 33. Eccles. v. 22.

IX. Pudicitia magis in fæminis, quàm masculis
spectatur. *Ibid.* Et, *Amor de muger casta*, inquit Hispanus, *per-*
petuo es; Amor castæ conjugis perennis manet. Nam cum faciliores
sint ad amandum. *Carpz. Jur. for. p. 1. const. 16. d. 48. n. 7.* Veneris
æstro percitæ majores sibi, Reique publicæ, si ad ejus gubernacula,
clades procurare solent. Sic *Semiramis*, inclyta alioqui Assyrio-
rum Regina, eò libidinis, vidua cum esset, processit, ut quos è mili-
tibus robore, & formâ præstantissimos cerneret, in sui usuram sevo-
caret, paullo post perdendos (*en aliud ex alio malum!*) ne stupri con-
suetudo aliis innotesceret: Adeo ut filio quoque, quod maternum
gremium incestare recusasset, violentas intulerit manus; fidem hoc
pacto Poetæ faciens canenti: *Sævus amor docuit natorum sanguine*
matrem Commaculare manus. *Graves enim Domina,* ait *Suadæ filius,*
D 3

cogita-

Ib.

l. 3. §. fin. ff.
de delat.

Eurip.

Cassiod. l. 2.

ep. 13.

l. 21. ff. & l.

23. c. de poen.

Justinus.

Indidem.

Cic. 6. de cogitationum libidines, infinita quadam cogunt, atque imperant, quæ
Repub. quia expleri, atque satiari nullo modo possunt, ad omne facinus impel-
Ter. Heaut. lunt eos, qui illecebris suis incenduntur. Neque id mirum. Nam,
Diog. ubi animus se se cupiditate devinxit, mala, necesse est, consilia sequi consi-
Sophocles. milia. Itaque, Illa est omnium malorum origo: Est Orcus: illa ferrea
Propert. El. 1. est necessitas, Furensq; rabies. Hoc moneo vitate malum tam masculi,
Job. 31. 12. quam femina. Dann vnkuschheit ist ein böses Jemmer vnd tieffes
Prov. 6. 27. Meer/ darinnen einer verbrent oder erseufft. D. Cramer. ad c. 23.
Ecclef. v. 22. Hæc Sardanapalum imperio deiecit; Reges Romæ eje-
 cit; Decemviros potestate suâ spoliavit; Mauros & Saracenos in Hi-
 spaniam introduxit; Trojam evertit, Gallos è Sicilia regno ejecit.
 Et quàm detestabilis res Venus illicita sit, David & Salomon docent:
 in quæ quæso scelera, vitium hoc, tantos illos viros non coniecit?
 Imò apparet hoc idem ex eo, quod Meretrices & impudicæ sive
 theatrales femine proxima ac verè adpropriata materia sunt, ex quibus
 Sagar effingit Satban. Sanè femina impudica omnis in eo statu est, ut
 Diabolicâ amasi suppositione, Sagar reddi queat: Besold. in axiom. phi-
 losoph. Christ. part. 1. p. 166. ax. 17. & 19. D. Cramer. ad c. 4. Hof. v. 11.
Baud. Ep. 2. Profugite itaque cum Sophocle à rebus Venereis, tanquam à Domi-
cent. 1. nâ agresti ac furiosâ. (Nam, *Quis' addonne à l' amour, ne vit, qu' en
 servitude*, inquit Gallus: *Amori deditus, servitutem servit*) ne Penite-
 re illud Demosthenicum à tergo sequatur. Vid Chock. pol. l. 5. c. 11.
 & l. 6. c. 2. Förstn. hyp. pol. p. 282. Florimand. acie pol. p. 96. & supr. d.
 4. tit. 22. D. Frantzk. Ex. 2. q. 6. & ib. D. Fibig. & Dn. Facius Consil. Al-
 denb. amicus colendus in Polit. Liviana. p. 431. Schönb. l. 7. pol. c. 8.

TIT. IX.

Si quadrupes pauperiem fecisse
dicatur.

EX PAUPERIE oritur actio adversus eum, cujus quadrupes
 proprio motu, & contra naturam sui generis damnum dedit, ut vel
 animal noxæ dedat, vel noxæ æstimationem præstet. princ. Estque
 duplex Legitima ex LL. XII. Tabb. competens ex damno anima-
 lium mansuetorum. *ibid.* Et Honoraria sive Ædilitia, ob vulnus ho-
 mini libero à fera bestia in publico habitâ illatum. §. 2.

QUEST.

QUÆST. Num ob damnum à suis columbis illatum, quis
teneatur? Neg. cum Harpr. p. 563. n. 11.

Axiomata & Digressiones.

I. Pauperies est damnum sine injuria facientis datum. *princ.*
II. Animal non potest videri injuriam facere; quia sensu caret. *ibid. l. 1. §. 3. ff. b. t.* Id est, ratione, ut in *l. 32. §. 2. ff. de acquir. poss. l. 22. §. 7. ff. sol. matrim.* Ergo neque damnum dare proprie, aut nocere dicitur quadrupes, sed pauperiem facere, i. e. damnum sine injuria. *d. l. 1. Harpr. hinc. n. 1.* Et quamvis non modò naturæ quædam semina feris atque avibus sint ingenita, ut cura & tutela sobolis procreandæ, & educandæ, se defendendi: Ita ut Bestiæ pro suo partu vulnera excipiant, nullos impetus, nullos casus reformident; &c. verum etiam ad jus strictius colliment, nempe ad illud, quod difficile attingitur, bonum æquum, quod non nisi recta dicat ratio: Quo certè primùm Columbe oderunt adulteria; quibus est, qui observet, hanc naturæ institutionem plus prodesse, quàm hominibus totam legem Juliam de adulteriis: Et Ciconiæ parentes alunt senio confectos, perinde ac si in earum nidis (ut olim apud Rom. in 12. tabb.) scriptum sit: Liberi parentes alant, aut vinciantur. Idem enim est, non alere ac necare; quia necat, qui non pascit. Non tamen hæc amoris & pietatis officia possunt venire in comparationem cum iis, quæ præstat, defertq; homo perfectæ rationis compos: nam quidquid feræ avesque efficiunt vel concitatissimo impetu, id neque ratione ac judicio, neque studio perfectæ æquitatis faciunt; licet eam adumbrent, dum naturæ instinctu agunt, quidquid agunt: Est illis sensus iste naturâ inditus, adeoque operatione necessariâ, nullam laudem propterea emerita. Bruta enim quicquid faciunt, necessitate Physica faciunt, nec aliter atque aliter agere possunt, destituta dominio in suas actiones. Quicquid autem est quod alioqui præstari non potest, omne laudis præconium effugit. Sed cum omne peccatum debeat esse voluntarium, & ex deliberato procedere animo, bruta autem isto careant, cur tamen in crimine nefandæ Sodomie unâ cum homine flammis ultricibus exuruntur? Huic respondeo cum D. Augustino: Peccata inde credendum est, jussa interfici, quia tali flagitio contaminata

Princ.

Seneca.

Cic. in Tusc.

L. 1. C. de alend. libb.

l. 4. ff. de agn. libb.

Q.

ad c. 19. Lev.

p. 74.

minata

minata indignam reflicant facti memoriam. *c. Mulier 15. q. 1.* Neque
e. animantia bruta in crimine hoc Sodomix ab peccatum commis-
sum puniuntur, sed quia *instrumenta* fuere *socia*, cum quibus homi-
nes nefandissimum perpetrarunt nefas, æquum est, ut & illa, ceu
instrumenta, cum homine *simul plectantur*. Indignum siquidem &
odiosum esset, tale brutum irrationabile vivere, atque in conspectu
hominum versari, ob quod miserâ morte periisset homo rationalis.
Ne ig. animal tale odium & indignitatem hominibus incuteret, nec
post sceleris patrati punitionem memoria remaneret reliqua, illud
cum homine peccante in simul illicò absumendum esse, jura cen-
suerunt. *Dambud. in prax. crim. c. 96. n. 15. Clar. l. 5. sent. q. 99. n. 8.*
ubi defendit Præpositum quendam, qui, cum alienigena quidam
cognovisset equam, & aufugisset, fecerat abscindi caput equæ, &
in loco eminenti affigi, *adversus Anton. Cavis. ipsum deridentem.*
Quinimò apud Athenienses ex lege quadam Draconis non modò
animalia, sed inanimata dabant pœnas cædis perpetratæ, *referente*
Rittersbusio ex Pausania hïc. p. 680. Unde Parlamentum Tholosa-
num suspendit ensẽ, quo homo erat interemptus. *Anno 1540.*
Id. April. Sic *Guido Papa decis. 238.* testatur; se vidisse Porcum in
Burgundia suspensum, qui hominem interemerat. Quò pertinet
& illud iudicium, *de statuâ Niconis Thasi, celebris pugilis.* Cùm enim
ejus defuncti statuam inimicus, odio indulgens, vehementer cæ-
deret fustibus, eaque collapsa oppressisset cædentem, cædis rea fuit.
Ideòque & Patronus ei datus, & demum à Judicibus condemna-
ta, in mare demersa fuit, *ut annotavit ex Tuningio Harpr. hïc. p. 567.*
n. 13. Vid. *Turtur. in paral. Eth. Jurid. disp. 34. p. 312.* ubi quæst. tra-
ctat. *Amor in filios, an concitator in brutis?* Dn. D. *Fibigius amicus*
meus singularis in Colleg. Instit. disp. 1. q. 3. D. Carpzov. prax. crim. p.
21. q. 76. n. 32. & p. 3. q. 131. n. 16. & supr. disp. 2. tit. 2. Ax. 1.

Q.

§. ult.

III. Aetiones, præsertim pœnales de eadem re concurrentes alia
aliam non consumit. §. ult. *Harp. hïc. p. 565. n. 8. Röber. d. 21. th. 6.*

TIT. X.

De iis, per quos agere possumus.

Hactenus qui *Suo*: ALIENO NOMINE hodie rectè agunt, Tu-
tores, Curatores. §. ult. Et Procuratores. *pr. qui aliena negotia*
manda-

*mandato Domini administrant. §. 1. Et constituitur Procurator verbis
habilibus interpositis, etiam adversario absente & ignorante. ib.
Qui tamen non aliter admittitur, quàm si Satisfactionem præstiterit.
princ. tit. seq.*

QUÆST I. An pactum inter Advocatum & clientem de
quotâ litis valeat? N. cum D. Berens. D. 16. th. 2. q. 2. Harpr. p. 619. n. 183.

II. Utrum Bannitus, sive proscriptus, ab alio conventus, seipsum
in judicio defendere possit? Aff. cum Harpr. p. 593. n. 45. Gail. de P.
P. c. 12. Non tamen Excommunicatus. Ibid. n. 38.

III. An qui studiorum causa peregrè abest, si ad patrium citetur
judicium, procuratorem mittere necessariò teneatur? Neg. cum
Harpr. p. 597. n. 67. Rümelin. Ex. 21. th. 1. f.

IV. An procurator ad certam litem datus, appellationem inter-
positam prosequi teneatur: Aff. cum Harpr. p. 651. n. 275.

AXIOMATA.

I. Incommoditatem habentia corrigenda. *princ.*
Quia: *Nunca es tarde, para mejorar la vida; Nunca es sera conversio.*

II. Multæ causæ sæpè hominibus impedimento
sunt, quo minùs rem suam ipsi exsequi possint. *ibid.* Itaq;
cum *Multa cura summo Imperio inest, multi ingentes labores; rectè
sentiunt, qui summæ huic potestati, alios in curarum partem ad-
jungendos existimant: tum quod facilius munia Reipub. sociatis la-
boribus exsequetur: tum quod melior estimabitur, quod solus omnia
non presumit. Melior autem? immo & prudentior: quia Sapiens
erit sapientibus sæpè assidens. Cùm multæ causæ, præcipuè Principi-
bus, impedimento, quò minus Reipub. negotia ipsi exequi possint.
Itaque, Ne sis sapiens apud te met ipsum. Weil zwey Augen mehr sehen
als eins/ sol man guten Rath nicht verachten/ noch etwas vor seinen
eignem Kopff thun/ sondern ehe man etwas anfängt/ weiser Leute rath
darzu nehmen. D. Cramer. ad c. 33. Eccles. v. 22. Maximus enim er-
ror est confidentia sui. Quia res eventusq; omnes humani in altâ nocte. Et:
Tous ceux qu' on estreine, inquit Gallus, ne voyent pas le bout, de l' an.
Non omnes, qui strenis donantur, finem anni vident. Itaque secundum
illud Hispan: Prudencia es en los hombres, conocer para quanto son;
Prudentis hominis est, nosse mensuram suam. Vid. Cbok. tbes. pol. l. 2. c.
23. Florim. acie pol. p. 463. & Lips. l. 4. pol. c. 1.*

*Sallust.
in frag.
Tac. 1. Ann.
Ibid.
Cassiod. 8.
Var. ep. 9.*

*Syr. 10. 29.
Tob. 4. 19.*

*Proverb. 3.
& 12.*

E

In

III. In causa capitali Procurator (ante litem scilicet contestatam) intervenire non potest, arg. l. 6. C. de accus. l. 5. pr. ff. de pœn. Et quidem Accusator non per procuratorem, sed per se crimen persequi debet; Primum, quia in criminali causa non suum agit accusator negotium, sed publicam utilitatem exequitur, ut coercantur delicta, quæ non manere impunita publicè interest. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 4. C. de pœn. Cùm autem privatim nihil interest accusatoris, sed agit ut aliquis de populo, procuratorem dare non potest. l. 45. §. 1. de procur. Deinde omnis, qui iudicio publico quempiam accusat, ita se in crimen inscribere debet, (quod tamen hodie sublatum, Schultz. Syn. Instit. de satisdat. a. p. 631.) ut sciat, calumniantem ad idem supplicium vocari. l. ult. C. de accus. Facile vero pœnam hanc contemnet accusator, si ei absenti crimen persequi per procuratorem licebit. Nihil enim facilius erit absenti, quàm se iudicio & pœnæ subducere cum injuria Reipub. si suam calumniam detegi animadverterit, & pœnam legitimam aut metuerit, aut jam secutam esse cognoverit. Atque ita elusorium fuerit iudicium: quod ne fiat, cùm in privatis actionibus, tum in publicis iudiciis maxime cavendum est. l. 75. ff. de iudic. Præterea per procuratorem multa faciliè & audacter accusator mentietur, quæ præsens sine rubore & pudore dicere non auderet. Nam quemadmodum litteræ sive epistola non erubescit, juxta tritum illud: sic nec absentia, ac per Domini absentiam procurator, qui, quid Dominus mentiat, ignorat, erubescit. Donell. l. 18. Comm. c. 10. Sed & pro Reo criminali Procurator intervenire nequit: Tum quia non oportet iudicium elusorium reddi. d. l. 75. quod utique fieret, si reo abesse & procuratorem dare liceret: siquidem procuratore condemnato, contra eum, tanquam innocentem executio fieri non posset; sicque crimina impunita relinquerentur: quod exemplo perniciosum foret. d. l. 51. §. 2. Tum quia si per procuratorem defendere se reo permetteretur: nunquam ipse, conscientia admissi sceleris territus, in iudicio compareret: sed quasvis latebras & effugia quæreret, ut pœnam delicto condignam evitaret. Tum etiam, quia præsentia accusati plurimum momenti habet, ad hoc, ut Iudex ex vultu & sermone conscientiam ejus observare possit. In vultu sanè sæpè exi-

stunt.

stunt pallor, consternatio, & mutatio crebra; quæ patrâtum faci-
 nus interdum vehementius, quàm ullæ probationes, arguunt: Hinc
 illud Ovidi: *Heu quàm difficile est, crimen non prodere vultu.* Hincq;
 Cicero ait: *Ex oculorum obtutu, superciliorum aut remissione aut con-* 1. offic.
tractatione facile judicamus, quantus sit in homine dolor, aut metus, aut
tristitia. Contra constans sibi per omnia sine affectatione vultus,
 bonæ conscientiaë indicium censetur. Quò pertinet illud Horatii.
Hic murus abeneus esto: Nil conscire sibi, nullâ pallefcere culpâ. Et 1.1. Ep. 1.
 illud nescio cujus Poëtæ: *Nescia mens fraudum, inculpatâq; integra*
vita, scommata nullius, nullius arma timet: Omnia contemnit, ventis
velut obvia rupes: Mendacesq; sonos unius assis habet. In sermone
 verò hæc insunt: titubatio, trepidatio, varietas, & repugnancia re-
 sponsum, aut his contraria, constantia sermonis. Quæ omnia,
 procuratore constituto, in reo absente considerari & observari ne-
 queunt. l. 10. §. pen. ff. de quest. Vid. Harpr. hic. p. 574. n. 32. Gail.
 1. de P. P. c. 10. n. 3. Boccr. de diffid. c. 7. n. 12. &c.

TIT. XI.

DE SATISDATIONIBUS.

Est autem SATISDATIO desiderii adversarii impletio: Quam
 ACTOR quidem ipse non præstat. princ. §. 1. Sed Procurator ejus,
 nisi vel mandatum, vel si de eo dubitetur, DE RATO caveat, vel præ-
 sentis Domini auctoritatem habeat. d. pr. §. 3. REUS vero jure no-
 vo JUDICIO SISTI, se scil. usque ad litis terminum in judicio perman-
 surum, vel pignoribus, vel fidejussoribus, vel jurato, vel etiam nudâ pro-
 missione, secundum personæ qualitatem, §. 2. Et JUDICATUM SOLVI, si
 præsens §. 4. si absens Procurator ejus, ut & Defensor absentis, caveant.
 §. 5. Quæ tamen omnia perfectius ex usu, quam ex præceptis in-
 telliguntur. §. 6. & 7.

QUÆST. I An cautio pro reconventionem & expensis der
 Borstandt vor die Expensen vnd zur Wiederflage/ etiam diffamato
 imponi possit? Aff. cum D. Fibigio in Coll. Inst. publ. d. 12. q. 5. Con-
 tra Dn. Carpz. J. F. p. 1. const. 5. d. 27.

II. An manifeste idoneus teneatur satisdare? N. cum D. Berens.
 d. 16. th. 2. q. 3.

III. An is, qui Satisdare teneatur apud Prætozem, pignora
 dando liberetur? N. cum D. Berens ib. q. 4.

AXIOMATA.

I. Nemo alienæ defensor rei idoneus est, sine satisfactione. §. 1. & 5. h. i. l. 46. §. 2. l. 52. ff. de procurat. l. iro. §. t. de R. J. L. un. C. de satisfando.

II. Perfectior juris doctrina ex quotidiano Judiciorum usu percipitur. §. 6. Nam, *Ufus & experientia dominantur in artibus; neque est ulla disciplina, in quâ non peccando discatur.* Ubi enim quid perperam administratum, cesserit improsperè, vitiatur, quod fefellerat: *Illuminatq; rectam viam doctis magisterium.* Adeò ut, *Nec Medicos, nec Imperatores, nec Oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quicquam magnâ laude dignum sine usu & exercitatione consequi possent, censeat Maximus Oratorum.* Et alter, *Heracle quantumlibet, exclamat, secreta studia contulerint: est tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia veri discriminis facies; plusq; si separet, usus sine doctrina, quàm citra usum doctrina valeat.* Ideoque nonnulli senes in Schola facti, stupent novitate, cum in judicia venerunt, & omnia suis exercitationibus similia desiderant. Cui congruit illud Baldi: *Leges in Scholis deglutuntur, in Palatiis vero digeruntur: quia Practica est scientia legum Digestiva: & tunc leges sapiunt, quando practicantur, fructusq; velut ex arbore colliguntur.* Et alterum Pinelli: *Ego post longam legendi professionem, postq; diligentissimam foro navatam operam, in eâ sum sententia: quod Theoria sine praxi, digestam solidamq; Juris cognitionem præstare nequeat, praxisq; absq; Theoria, maximè periculosa & manca evadat.* Cum non cognitionis, sed actionis causa jus discendum. In quorum tamen albo cum Johan. Ferrario Montano de judic. præexercit. l. 1. c. 1. eos non censendos esse duco, qui ubi Juris civilis elementa vix dum à limine salutarunt statim ad praxin sese duntaxat conferunt, & tribunalibus obstrepentes ad forum ob id consenscunt, ut clientulos suos aruscantur, & quæstum sibi faciant, nonnunquam uberiores, quàm Litigatoribus admodum profit: in hoc solum instructi, ut morem illius Judicii, in quo versantur, quodammodo adsecuti videantur, in reliquis ne gry quidem, sed penitus ἀναλφάβητοι sunt. Ut nec Nundinatores illos atque Harpyias, quibus licet datum sit, non vulgarem juris cognitionem adsequi, titulisq; honoratiores esse:

Columell. l. 1.

Cic. 1. de Orat. & lib. 1. offic.

Quintil. l. 12. cap. 6.

l. 38. col. 8. n. 11. ff. de minor.

ad l. 2. C. de Resc. vend. p. 2. c. 4. n. 2.

esse, auri tamen sacra fames efficit, ut vero sacratissimæ disciplinæ usu posthabito, nihil minus curent, quàm justitiam (cujus tamen sacerdotio initiati sunt) colere, & cuique quod suum est tribuere: Addeò, ut etiam viso auro statim obmutescant, justitiamq; communis hominum vitæ amissim venalem faciant, & pro modo donariorum, de jure respondere non erubescant. Sed abeant *εἰς νόσσοις* pestes illæ cum Pluto suo, qui Justitiam ex vilissimo numo metientes, salutare disciplinam turpiter prostituunt, faciuntq; ut in medio jure jus ipsum desiderari boni omnes conquerantur. Usque adeò impostores illi atque Harpyiæ quæstus duntaxat, sub juris specie, inhiant, neque honesti, neque Professionis ullam rationem habentes. Et hætenus Montan. Vid. Rittersb. Hottom. & Harpr. hîc. Baud. cent. 1. Ep. 4.

III. Omnes Provinciæ caput Imperii, id est, Regiæ urbis observantiam sequi debent. *S. ult.* Modò nihil vitii exemplum urbis habeat; Alioqui potius spectandum quid Romæ fieri debeat, quàm quid fiat. l. 12. de offic. Præs. Harpr. hîc. Erat enim Roma, sedes Imperii Romani, & caput rerum, (urbs æterna: terrarum Domina: Capitolium, sedes Jovis Opt. Max. atque pignus Imperii; item auspiciato; inauguratoq; à Majoribus conditum) de quâ Romulus: *Abi, nuncia, inquit, Romanis, cælestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit.* Et in ea Fortuna Imperii putabatur habitare, quo nomine & inter Lares patrios Fortunam colebant Principes. Quare Consul auspiciatò fieri non potuit extra Romam, vel in provinciis, ut nec postea Princeps. Imò non facilè eam deserebant. De Augusto Sueton. *Non diu, inquit, urbem reliquit. Et Tiberio immotum fixumque fuit, non omittere caput, neque se Remq; publ. in casum dare.* Caussam reddit Clapm. de arcan. Rer. l. 2. c. 20. & l. 3. c. 15. Et originis Owenus: *Incepto fratrem Cain Orbe occidit Abelem, Incepta fratrem Romulus Urbe Remum. Roma Remi polluta recens, ut mundus Abelis Sanguine: Principium est Orbis & Urbis idem.* Ita

IV. Multa per imperitiam celebrantur. *ibid.* Imo omnia! Nam Romæ fides est aroma, & res omnium peregrina: Et sicut alia multa Reipub. Christianæ exitiosa, ita & errores multos Româ promanasse ait Cujac. lib. 2. Sent. Paul. ad edict. in l. 21. de minor. p. 71. Alb. Gent. Disput. de conjur. can. c. 3. & 4. Roma enim

omnium litium & malitiæ, non dicam nequitiz, schola, quibus & Impp. & Reges, imò totum terrarum orbem malitiosè involvit: *Ite lares Italos, & fundamenta malorum Romuleas arces, & Pontificalia teeta, Colluviem Scelerum,* inquit Mantuanus & Petrarca: *Babilonia falsa è ria, Scuola d' errori & templo d' heresia.* Quò optime alludit Reimar von Schwetern in parænesi Germ: *vnrecht das nil hohe Mann Es vnd der Pabst lachentet es ein ander an.* Goldast. in repl. contra Gretf. c. 28. ubi Papam Injustitiæ autorem, fautorem & factorem nominat. Imò *Omnem aequitatem, omnemq; Religionem proculcare, morem esse Italicum,* ait Pontifex Aeneas Sylvius. Et *Nuspiam minus vel pietatis, vel Religionis, quàm in hominibus Roma vicinis esse,* adfirmat Machiav. Unde Proverbia illa orta: *Qui semel it Romam, videre scelestum; qui secundò it, cognoscere; qui tertio it, in patriam referre.* Et; *Quò Romæ propior, eò Christianus pejor.* Item; *In nomine Dei* (hoc Bullarum Papalium exordium est) *incipit omne malum.* Je näher Rom, je grösser Schalck. Plura qui avidis auribus atque oculis haurire desiderat, consulat, *Besold. l. 2. pol. c. 2. pag. 624. Parthen. litig. l. 1. c. 1. n. 20. 25. & 35. Lansf. consult. p. 1028.* Et gravamina à statibus Nuntio Apost. in Comit. Norib. 1522. proposita apud Hortled. *Von vhrsachen des teutschen Kriegeß. l. 1. c. 1. p. 10. & c. 47. p. 517.* Sed

V. *Mores & consuetudines civitatum non debent leges vincere. §. ult. l. 2. C. qua sit long. consuet..* Nam *Nemo consuetudinem Rationi & Veritati opponat: Quia consuetudinem Ratio & Veritas semper excludit.* Ergo *Traditionibus Papisticis semel opponimus Veritatem ipsam, quasi lucem, falsitatum omnium nebulas illicò profligantem, Quæ, verbo Senecæ, in omnem partem sui semper eadem est. Quæ decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris.* Et, *Falsidad, nunca por mucho tiempo engenna.* Neque enim hominis, aut civitatis consuetudinem sequi oportet, sed DEI legem & veritatem: cum *Dist. 19. c. 7. per Esaiam DEUS loquatur, & dicat: Sine caussa colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes.* Nec quicquam valere debet in Ecclesia, quod Evangelicis præceptis contrarium invenitur. Nec omne quod stare potest, quod contra Evangelicam vel Propheticam doctrinam seu constitutionem factum fuerit. *Dann dem ewigen göttlichen Wort solten*

Paral. Alf.

l. 1. c. 53.

Disp. l. 1. c. 12.

Augustin. l. 2.

de un. bapt.

Dist. 8. c. 1.

solus.

Dist. 19. c. 7.

25. q. 1. cap.

omne quod.

ten billich alle Menschliche Sankungen/ gut bedüncken/ vnd sündē
 weichen/ ja wo gleich die ganze Welt zu hauff keme/ so sündie doch
 keine Creatur wieder das Wort ihres Schöpfers statuiren, oder ord-
 nen/ noch die vnwandelbahren Decret des ewigen Gottes auffheben.
 Denn hie gilt kein Kunst/ kein Viele/ kein Menge/ kein Heiligkeit/
 kein Auctoritet/ kein hohes ansehen/ sondern wo Gott redet/ da sol
 billich alle Vernunft/ vnd alles Fleisch stillschweigen. *Hortled. von Rom. cap. 15.*
Ursach. des 3. Krieges. l. 1. c. 47. p. 445. Itaque cum B. Ignatio; ad Philid.
Jesus Christus nobis est antiquitas, veritas & eternitas, quem nolle audi-
re, manifesta pernitias est. Vid. Osiander in Papa non Papa. art. 2.
Bernegger in Demol. Idoli Lauret p. 32. Ebinger velit. Ep. p. 257.

TIT. XII.

De Perpetuis & Temporalibus
 actionibus.

Expositis diversis actionum generibus nunc videndum, quomodo
 finiuntur. Et I. sunt vel PERPETUÆ, quæ ex jure civili descendunt,
 tam in rem, quàm in personam. *princ. (Quamvis hodie terminentur*
spatio 30. vel 40. annorum.) Vel TEMPORALES, quæ Ex jurisdictione
 Pratoris ortum trahunt. *Exceptis rei persecutoriis, quæ perpetuæ. ibid.*
Et ex pœnalibus furti manifesti actio, cum aliâs annuæ. §. 12. & 17. §.
de act. II. Vel sunt in HEREDES TRANSITORIÆ, ut rei persecutoria,
 quæ heredi & contra heredem competunt: *Exceptâ actione de do-*
lo. §. 1. vers. aliqu. VEL NON, ut Pœnales ex delicto descendentes;
 quæ heredi quidem, *exceptâ injuriarum actione,* dantur, contra v. he-
 redes, nisi lis cum defuncto contestata, non competunt. *ib.* Reus
 autem bonâ fide ante latam sententiam actori planè satisfaciens, ab-
 solvitur. *§. ult.*

QUÆST. An ex dolo à defuncto in contractibus commif-
 so, heres obligatur in solidum, etiamsi ad eum nihil pervenerit? *Aff.*
cum Henon. d. 22. th. 6. Bronch. 4. aff. 36.

AXIOMATA.

- I. Litis contestatio actionem perpetuat. *§. 1.*
- II. Judicia debent esse libera, & ad civium concor-
 diam

Aristot. 5.
pol. 10.
Sap. 1. v. 1.
Mich. 7. 3.

Sen. de
Clem. 1.

Eccles. c. 28.
v. 2. & 6.

Isidorus.

diam potius, quàm severitatem comparata. arg. S. ult. Magistratus enim debet, & vult esse custos, ut nec opulenti injustum aliquid patiantur, nec plebs contumeliam accipiat. Und ein Richter sol nicht mit Gewalt fahren: Dann wie ein König seinem Hoffmeister befehlet das Frauenzimmer/ also befehlet Gott die Jungfraw/ das ist die Pollicey/ zu seinen Händen/ vnd in Schut des Richters: Vnd ist kein Richter so groß/ Er ist noch vnter einem mächtigeren vnd grössern/ der da Götlose vnd Tyrannische Obrigkeit nicht ungestrafft lästet. D. Cramer. ad c. 20. Eccles. v. 4. Dann ein Regiment ist nicht eine Tyranny/ sondern eine Väterliche gute Fürsorgung: Nicht eine Heerschafft/ sondern eine Dienstbarkeit/ es sol auch kein Regent gedencen: Landt vnd Leute sein mein/ darumb wil ichs machen/ wie mirs gefällt. Sondern ich bin des Landes vnd der Leute/ Ich sol machen vnd halten/ wie es ihnen nüt vnd fürträglich ist. Hortled. Von vhrs. des T. Kriegs. l. 1. p. 29. Jus ergo dicat, reddat: & id habeat supra omnem injuriam positum. Vid. Lips. l. 2. c. 11. Parth. litig. l. 1. e. 6. n. 21. Chock. pol. l. 2. Schönb. pol. l. 6. c. 10.

III. Omnia iudicia sunt absolutoria. *ibid.* Quia omnes labimur & erramus, *Maximi-Minimi.* Darumb obzuweisen ein Fürst im Regiment feilet/ wie sol man ihm thun/ *inquit B. Lutherus, tom. Witt. 1. p. 428.* Ein Fürst ist auch ein Mensch/ vnd hat allewege zehen Teuffel vmb sich her/ wo sonst ein Mensch nur einen hat/ das ihn Gott sonderlich muß führen/ vnd seine Engel zu ihm sehen. Wann wir dann sehen/ daß sie zu zeiten im Regiment straucheln/ seindt wir bald da/ meinen Ey/ so vnd so wolt ichs machen/ vnd solten wohl den Karm recht ins Roth hinein führen/ oder gar vber vnd vber werffen/ wann wir regieren solten. Daß vns also niemandt kan recht thun/ vnd wenn wir vns selber ansehen/ sind wir selbst noch nie recht worden. Quare: *Memento finis; & dimitte injuriam proximo:* Vnd zuech den Braten nicht zu heiß vom Spieß abe. D. Cramer. *ibid.* Dañ der ist starck/ vnd ein tapffer Mann/ der sich selbst vberwinden kan. Et: *Magna est virtus, si lesus non ledas, major est fortitudo, si lesus remittas, maxima gloria, si cum potuisti nocere, parcas.* D. Steuber in *Theol. moral.* li. pag. 123.

TANTUM EST.



ULB Halle
003 862 046




3

Sb.

WPA







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

1644
11311
23

CUM DEO!
COLLEGII INSTITUT.
 PUBLICI
 COMPUTATIO DECIMA OCTAVA
 Ethico-Politico-Juridica
 De
**QUESTIONIBUS ET
 RESOLUTIONIBUS,**
 Lib. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. Lib. IV. Instit.
 EXHIBENS TEXTUS
 continuationem, Quæstiones,
 Antinomias Axiomata, &
 Digressiones,
 Quam
 SUB PRÆSIDIO
FRANCISCI TAUBMANNI J. U. D.
 Lect. Scabinatus & Facult. Jurid. Assessoris,
 Publica Disquisitioni subjicit
FREDERICUS WOLFF Argentoratensis,
 diem Mensis Mart. in Auditorio J.Ctorum
 horis antemerid.
 Boeckler. in Dissertat. de Polit. Lips. pag. 29.
 sensus & eruditus ad consilia artesq; suas vel animo meditandas, vel
 in actu nobilitandas amplissimo penu instructusq; indiget.

WITTEBERGÆ
 inâ Typographicâ MICHAELIS Wende/
 ANNO M DC XLIV.